PA 3549
.B3
Copy 1

PA 3549
.B3

DE

VOCALIS *A* PRO *H* IN TRAGICORVM GRAECORVM VERSIBVS TRIMETRIS VSV.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN ALMA LITTERARVM

VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ET VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS

PVBLICE DEFENDET

DIE II. MENSIS AVGVSTI A. MDCCCLXXII

CAROLVS BARLEN

GVESTPHALVS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT:

HENRICVS SVDHAVS, DR. PHIL.

LVDOVICVS ILSE, STVD. PHIL.

DIEDERICVS BARFVRTH, STVD. PHIL.

BONNAE

FORMIS CAROLI GEORGI

1872.

PA3549
.B3

Quae quaestiones adhuc de tragicorum Graecorum dialecto habitae sunt, eas praecipue in lyricis carminibus versari ex rei natura est praesertim in explicando Dorici quod vocatur α pro η usu, qui usque ad quem finem pateat et quem ad modum cum Attici sermonis consuetudine discrepet ex canticis magis quam e diverbiis apparet. Tamen hunc quoque usum, de quo commentationem scribere mihi propositum est, et tragoediarum Graecarum editores, quorum in annotationibus multa de singulis vocibus afferuntur et grammatici, inter quos Lobeckio viro doctissimo me plurima debere grato animo confiteor, magis minusve accurate tractaverunt et alii vel maxime in paucis his annis in disceptationem vocaverunt. Ex eo numero Th. C. G. Schneider in libro suo »de dialecto Sophoclis ceterorumque tragicorum Graecorum quaestiones nonnullae criticae« Jenae 1822 et Kühlstaedt in »observationibus criticis de tragicorum Graecorum dialecto« Revaliae 1832 rem paucis percurrerunt, nisi quod Kühlstaedt annotationes virorum doctorum, quibus de hac quaestione agitur, congessit. Frid. Ellendt in lexici sui Sophoclei vol. II. praefat. pag. XIII seqq. formas et vocabula, in quibus Dorismus ille in lyricis locum habet, satis diligenter collegit, versus trimetros neglexit. Primi Hermannus Schaefer — »de Dorismi in tragoediis Graecis usu Cottbusiae 1866« — et H. C. Althaus — »de tragicorum Graecorum dialecto. Pars prior: de Dorismo. Dissertat. inaugur. Berol. — Curae secundae. Spandoviae 1870 — non solum voces et formas Doricas in carminibus

choricis adhibitas in classes discripserunt et leges, quibus tragici poetae obsecuti sunt, statuerunt, sed etiam de illo in senario usu commentationem fecerunt formis vocabulisque in quibus vocalis α pro η cernitur tragoediarumque locis accurate collocatis. De universa tragoediarum et canticorum et diverbiorum dialecto Gerthius in Ge. Curtii »Studien zur griech. und latein. Grammatik 2. Heft. Leipzig 1869. egregiam composuit dissertationem, epicarum et antiquiorum Atticarum formarum usum, qualis est apud tragicos poetas pari ingenio atque industria persecutus, de Dorismis quaedam non omnino mihi probanda adiiciens. Quae Rich. Dressel, cuius »de Dorismi natura atque usu in tragoediarum Graecarum diverbiis et anapaestis« dissertatio inauguralis Jenae 1868 in publicum prodiit, protulit cum mea de hac re sententia magnam partem consentiunt ac supervacaneum fortasse foret de hac re etiam nunc verba facere, nisi doctus ille vir vocabula quaedam omisisset et ego nonnulla argumenta haberem, quae adiicerem.

Quae cum ita sint, operae pretium esse videatur, novam institui quaestionem qua

primum usus ille quam late pateat, quibusve finibus sit circumscriptus explicetur,

deinde quo nomine differat ab eo, qui in tragoediarum melicis carminibus obtinere consuevit, investigetur,

denique eius usus origo ac ratio demonstretur et cur certis quibusdam finibus teneatur circumscriptus, definiatur.

Ac primum quidem

§ 1. Voces in quibus vocalis α pro η adhibetur

colligentibus nobis ea lex observanda est, ut non solum formas, quae in tragoediarum versibus trimetris conspiciuntur, sed etiam quae vocabula id genus sunt in trochaicis tetrametris admodum raris in tragicorum fabulis respiciamus, qui versus antiquioribus poetis in dialogo usitati erant eandemque perhibent dialectum, quam senarii. Tamen coer-

cetur usus vocalis α pro eo, quod Attici sermonis consuetudo postulare videtur η, satis artis terminis finibusque, cum in parvo vocabulorum et formarum numero reperiatur. Eaque omnia ita distribuenda videntur esse, ut agamus

1. de vocibus, quarum in stirpibus litera α pro η poetae tragici utuntur;

2. de vocabulorum quorundam commissura illam vocalem exhibente;

3. de formis thematicis verborum in άω exeuntium, in quibus α retinetur;

4. de paucis verborum et nominum terminationibus, quae α vocalem habent.

Reperitur α vocalis

I. in stirpibus

vocabulorum:

Ἀθάνα [1])

Aesch. Eum. 234. 435. 879.

Soph. Ai. 14. 74. 91. 112. 757. 771. Philoct. 134 ubi omnes libri ἀθηνᾶ exhibent.

Eur. Hec. 989. Troa. 24. 52. 973 (libri ἀθηνᾶ) Rhes. 490. 599. 931. Suppl. 1065. 1235. Ion. 279. 1001. 1036. 1431. 1437. 1536 (ἀθηνᾶν codd.) Iph. Taur. 1443. Cycl. 292. Heracl. 350 (ἀθηνᾶ libri) 850. frgm. dub. 1094, 9 (libri Ἀθηνᾶ).

Moschion. frgm. 5, 3.

Semper autem in trimetris versibus dicitur Ἀθηναία et Ἀθῆναι, η numquam in α mutato. Cfr. Aesch. Eum. 285. 296. Iph. Taur. 1404.

Huius vocis quamquam in codicibus manuscriptis saepius Ἀθηνᾶ forma legitur, non dubitabimus, quin Ἀθάνα solum tragicis in usu fuerit, quam formam in volgarem a librariis facile mutari potuisse nemo non intellegit. Praeterea

---

1) Numeri sunt Hermanni in Aeschyli, Dindorfii in Sophoclis, Kirchhoffii (edit. a. 1855) in Euripidis tragoediis, Nauckii in fragm. tragicorum.

Ἀθάνα Eustathii quoque testimonio confirmatur, a quo v. Phil. 134 initium ita citatur: *νίκη τ' Ἀθάνα* [1]).

βαλός semel

Aesch. Choe. 565 codices, nisi quod ad *η* suprascriptum est *α* in G. Quam vocem, cuius forma *βηλός* apud Homerum et Q. Smyrnaeum, si lexicis fidem habemus, solos reperitur, in tragicorum usu fuisse et lexicon rhetor. in Bekk. anecd. p. 224, 12 testis est: *βατήρ — σημαίνει δὲ καὶ τὸν τῆς θύρας οὐδὸν, ὃν Ὅμηρος βηλὸν, οἱ δὲ τραγικοὶ βαλόν* et Hesychii et Herodiani [2]) verbis comprobatur: *βαλός, οὕτως ὁ βαθμὸς καὶ ἐν τῇ τραγῳδίᾳ καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ.*

δάϊος

Aeschyl. Prom. 354. Sept. 260. Eum. 791 (ex Pauwii coniectura pro *δαιμόνων*, quam emendationem Hermannus in textum recepit). Ag. 537, ubi libri *δηΐων*.

Soph. Ai. 784.

Hermannus, qui [3]) ubi »hostem« notaret communi forma *δήϊος* dici voluerat, postea [4]) Dindorfii sententiam secutus ubique *δάϊος* restituit.

Contra vocum a *δάϊος* derivatarum vel compositarum etiam lyrica carmina formam *δη* — exhibent. Cfr. in diverbiis O. C. 1319 *δῃώσειν*, 1533 *ἀδῇον*, Sept. 72 *δῃάλωτον* et in lyricis *δηιάλωτον* Eur. Andr. 105.

δαρός

Aesch. Suppl. 500. Prom. 649. 944.

Soph. Trach. 65.

Eur. Or. 55. Iph. Taur. 1307. Iph. Aul. 678. Heracl. 69. H. f. 700.

In huius vocabuli scriptura omnes libri consentiunt.

---

1) Cfr. Eustath. pag. 758, 44.

2) Cfr. Herod. *περὶ διχρόνων* 295, 22.

3) Cfr. Herm. ad Soph. Ai. 771.

4) » » » Aesch. Ag. 537.

ἕκατι

Aesch. Pers. 332. Ag. 841. Choe. 210. 687. 998. Eum. 74. 751.

Soph. Trach. 274. 353. Phil. 669.

Eur. Or. 26. 275. 1323. Med. 282. 714. 1327. Andr. 1098. Rhes. 832. Ion. 1360. Iph. Taur. 582. 1150. 1429. Iph. Aul. 368. 489. 865. 958. 1167. Cycl. 647. Heracl. 37. 569. Hel. 156. 969. H. f. 277. 1128. El. 342. 1029. — frgm. 284, 14. 362, 14.

Cleaen. 1.

Serapion. 1, 2.

Codices in huius praepositionis forma sibi constant.

μάκιστος et μακιστήρ

Aesch. Ag. 274 (nomen proprium montis) Pers. 699 *μακιστήρ*. Suppl. 449. quo loco G. Hermannus egregie *δακνιστῆρα* emendavit. — frgm. 275, 1.

Semper autem in diverbiis *μῆκος*, quod exstat Eur. Or. 72. 1216 al., *μηκύνειν* frgm. adesp. 464, et in lyricis *παλιμμήκης* Aesch. Ag. 183.

In genet. sing. et plur. vocis

ναῦς

saepissime *α* occurrit, *ναός* et *ναῶν*.

Aesch. Suppl. 737 *ναῶν*. Pers. 308 *ναός*. 335, 354, 378, 450, 452, 473, 475: *ναῶν*.

Soph. Ai. 872 *ναός*, Ant. 715 *ναός*.

Eur. Med. 520 *ναός*, Iph. Taur. 10 *ναῶν*, 730 *ναός*, 1353 libri et Dindorfius *νηός*. El. 1237 *ναός*.

Contra

νηός Soph. inc. fab. frgm. 690. — Aesch. Sept. 62 et Eur. Med. 523 ubi complures libri *νηός* habent, Porsonus *ναός* scribi iussit. Cycl. 237 *νηός*.

νηῶν quod codices mss. Iph. Taur. 1453 exhibent, ab editoribus in *νεῶν* mutatum est.

νῆϊ Soph. Phil. 343. 891. Eur. Troa. 937. Forma *ναΐ* in tragicorum diverbiis non reperitur.

νῆας Aesch. Suppl. 714 (trim. chor.) Iph. Aul. 249 (lyr.). Atticae quae vocantur huius vocis formae multis locis exstant.

νάϊος

Aesch. Pers. 274, 331.

Eur. Med. 1111.

νηΐοις autem Hermannus Aesch. Suppl. 689 retinuit, ubi Dindorfius *νάϊος* emendavit.

ὀπαδός et *ὀπαδεῖν*

Aesch. Suppl. 954. frgm. 364 (H.) *ὀπηδεῖ*, ubi tamen *ὀπαδεῖ* scribendum esse censeo. Eur. Med. 53. 337. 1108. Hipp. 106. 1140. Alc. 141. 623. Iph. Taur. 1182 (tetr. troch.) Iph. Aul. 1462. Hel. 1181. H. f. 940. Or. 1126.

Frgm. adesp. 412 *ὀπαδεῖν*.

κάρανον

in tragicorum Graecorum diverbiis inusitatum est; invenitur forma *κάρηνον* Eur. frgm. 541.

Tamen dicitur

καρανόω Aesch. Choe. 522. 691.

καρανιστήρ Aesch. Eum. 185.

καρανιστής Eur. Rhes. 810.

ἀμφίκρανος H. f. 1261.

ὀρθόκρανος Soph. Ant. 1203.

τρίκρανον Soph. Trach. 1098. H. f. 610.

quo loco, quod codices exhibent *τρικάρηνον* Porsonus emendavit 1264. *ἑκατογκάρηνον* Aesch. Prom. 355. M: *ἑκατον-τοκάρηνον*. Blomfieldius aliique *ἑκατογκάρανον*, quod *καρανῶσαι*, *καρανιστήρ* dicant tragici. Videri potest confirmari Hesychii verbis pag. 1126 *ἑκατονκάρανοι* etc. [1]).

Sunt qui *ἀμφίκρανος* etc. a *κρανίον* vel *κρᾶνον* derivent, quae voces apud Greg. Corinth. p. 370 inveniuntur; tamen non dubium est, quin a *κάρανον* sint composita.

---

1) Hermanni ad eum loc. not.

ἀπύω

quod in diverbio semel libri habent, Eur. Rhes. 768

ἄπυσα δ' αὐτοῖς μὴ πελάζεσθαι στρατῷ

ab editoribus recte emendatum est ἤπυσα. Huius vocis cum praeter hunc locum in lyricis tantum Aesch. Prom. 593. Soph. Ai. 887. Eur. Hec. 152 Dorice coloratis forma ἀπύω legatur, illud in trimetro versu ἀπύω e librariorum memoria originem duxisse putandum erit.

Venio iam ad

II. vocabula composita

quorum in commissura α vocalis pro η usurpatur.

A nomine ἀνήρ composita

στυγάνωρ Aesch. Prom. 725.

φιλάνωρ Aesch. Ag. 823.

ποιμάνωρ Aesch. Pers. 240. — (ποιμαρόριον ibid. 76.)

Contra nomen proprium Ἀγήνωρ invenitur Eur. Phoen. 281.

Dressel[1]) ποιμάντωρ et ποιμαντόριον scribi voluit contra optimorum codicum manuscriptorum auctoritatem Eustathiique testimonium[2]). Vocabula illa a vocis ποιμήν forma quadam Dorica ποιμάν derivare cum non liceret, grammaticis ποιμάν dici vetantibus, ab adiectivo verbali quod dicunt verbi ποιμαίνω ducenda esse censuit, quae ab ἀνήρ composita esse ceterarum vocum φιλάνωρ cet. comparatione comprobatur.

Vocabulorum a γῆ compositorum inveniuntur

γαμόρος Aesch. Suppl. 597. Eum. 877.

γάπεδον Aesch. Prom. 830, quod Porsonus pro δάπεδον, qua in voce α corripitur, restituit. Cfr. Hermanni ad h. l. annotationem[3]).

---

1) Dissert. pag. 16.

2) Hermann. ad Aesch. Pers. 76.

3) Recte fortasse viri quidam docti hunc Aeschyli locum emendandum esse censuerunt, Meinekio (Philol. vol. XX. p. 52) λάπεδα,

γαπόνος Eur. Suppl. 421 (c*γηπόνος*).

γαπονεῖν Eur. Rhes. 75.

γάποτος Aesch. Pers. 624. Choe. 87. 159.

γατόμος Aesch. frgm. 190, 3.

Semper autem etiam in lyricis dicitur

γηγενής Aesch. Prom. 353.

Soph. Trach. 1058. frgm. 719.

Eur. Phoen. 934. 938. 1138. Ion. 20. 993. Bacch. 257. Cycl. 5. Herc. f. 4.

γηγενέτης quod in tragicorum lyricis invenitur, in diverbiis non exstat.

ἱκεταδόκος

Aesch. Suppl. 683.

σειραφόρος

Aesch. Ag. 809.

Sequuntur vocabula a stirpe *αγ* composita:

ἑβδομαγέτας Aesch. Sept. 781.

κυναγός Soph. El. 563.

Eur. Phoen. 1113. 1176. Hipp. 1390. Suppl. 890. Iph. Taur. 276.

συγκυναγός Eur. Hipp. 1091. Iph. Taur. 697. Bacch. 1135.

κυναγία Soph. Ai. 37. Codices *κυνηγία*, Elmsleins *κυναγία*. — Eur. Bacch. 332 libri *κυνηγίαις*, Matthiae correxit. Hipp. 108.

λοχαγός Eur. Phoen. 123. 750. 1251.

λοχαγέτης Aesch. Sept. 42.

Eur. Phoen. 977. 1100. Suppl. 503.

ποδαγός Soph. Ant. 1196.

Alterius formae exempla

κυνηγέτης Eur. Hec. 1152. Rhes. 313. H. f. 852.

κυνηγέτις frgm. adesp. 423.

κυνηγετεῖν et *ἐκκυνηγετεῖν* Soph. Ai. 5. Eur. Ion. 1425. Eum. 230.

ἀρχηγός Soph. O. C. 60.

---

vocem aliunde non cognitam, Weilio (in edit. sua) *γῆς πέδα* scribi iubentibus.

Eur. Hipp. 878. Troa. 1258. Iph. Taur. 1271.

ἀρχηγέτης Eur. Troa. 449. El. 889. Or. 548. *ἀρχηγετεῖν* Soph. El. 83.

στρατηγός et derivata saepe.

Duobus illis locis recte editores *κυναγία* pro *κυνηγία* scripserunt, cum ea forma non solum codicum testimonio Eur. Hipp. 108 sed etiam vocibus illis *κυναγός* et *συγκυναγός* comprobetur.

A *γεν* composita

Θηβαγενής Eur. Suppl. 136.

νεαγενής Eur. Iph. Aul. 1623.

νοθαγενής Eur. Andr. 892. 922. Ion. 604.

De *γηγενής* cfr. pag. 10.

Sequuntur quae voces a *κάρα* compositae ab Althausio [1]) in hunc numerum referuntur

καρατόμος Soph. El. 52.

Eur. Alc. 1121. Troa. 1018. Rhes. 597.

καρατομεῖν Eur. Rhes. 576.

καραδοκεῖν Eur. Troa. 93. 458. Rhes. 144. Iph. Taur. 305. Iph. Aul. 1432. Heracl. 279. Hel. 738.

ναμερτής et *ναμερτεία*

Aesch. Pers. 245, ubi libri *νημερτῆ* habent, »Doricam«, ut dicunt, formam restituit Porsonus.

Soph. Trach. 173 *ναμέρτεια*.

Cfr. quae Dindorfius ad hunc locum annotavit: Hesychius interpretatur per *ἀλήθεια* et *ναμερτέα ἀληθῆ*. Aeschylo Pers. 246 *ναμερτῆ* pro *νημερτῆ* restituit Porsonus, recte ut videtur animadvertens tragicos non alia, quam Dorica huius vocabuli forma esse usos.

Iam transeamus ad

---

1) Cfr. Dissert. I. pag. 40.

III. verba quaedam pura
quae radicis terminationem α in formis thematicis servant.

αὐδάω

Eur. Phoen. 123 αὔδασον (omnes libri)

Aesch. Ἀργοῦς fragm. 20.

ποῦ δ' ἐστὶν Ἀργοῦς ἱερὸν, αὔδασον, ξύλον;

qui versus ex diverbio videtur depromptus esse.

Contra αὐδήσει Soph. OR. 846. αἰδῆσαι Soph. Trach. 171.

θοινάω

Aesch. Prom. 1029, ἐκθοινήσεται. Sed θοινάσομαι Eur. Cycl. 545. 374 τε θοίναται ex Ruhnkenii coniectura pro γε θοινᾶται. El. 834. θοινασόμεσθα. Ion. 1208, 1219: θοινάτωρ. El. 637 συνθοινάτωρ. frgm. 134 θοινάματα Boissonadius restituit pro θυνάματα. — Rhes. 504 Kirchhoffius Hesychium secutus θοινητήριον scripsit, codicibus θηρατήριον aut θοιναστήριον aut θοινατήριον exhibentibus. Dindorfius autem recte θοινατήριον cum Vaticano, ut videtur, retinuit.

ποινάω

Aesch. Ag. 1240 ποινάτωρ

Eur. El. 23, 267. ποινάτωρ. Iph. Taur. 1401 ποινασόμεσθα.

πορπάω

Aesch. Prom. 61. πόρπασον

Eur. Rhes. 431 πόρπαμα e Porsoni emendatione; libri aut πόρπασμα aut πόρπημα habent. H. f. 949. El. 818 πόρπαμα. — In anapaestis Aesch. Prom. 141 προςπορπατός.

Maxime autem dubiae sunt quae formae id genus verbi

εὐνάω

inveniuntur:

Aesch. Pers. 159 εὐνατήριον codd. M. Vit. Lips. Ven. A. Ceteri εὐναστήριον, quod Blomfieldius et Hermannus in textum receperunt. Frgm. 43, 3 εὐνάεντος loco corrupto.

Soph. Trach. 918 libri εὐναστηρίοις. Dindorfius εὐνατηρίοις.

Contra εὐναστήριον Eur. Or. 583. εὐνήτειρα Aesch.

Pers. 156. *εὐνήτριαν* Soph. Trach. 922. *εὐνηθείς* frgm. 595 *εὐνήματα* Eur. Ion. 315.

Verbi *βοάω*

βόαμα Aesch. Ag. 887.

Praeterea haec vox invenitur in lyricis Aesch. Suppl. 798 e coniectura Hermanni et Aesch. Choe. 32 *ἀμβόαμα* et Arist. nub. 967 in anapaestis, ubi veterum carminum initia citantur.

Verbi *βαίνω* hasce formas repperi:

εἴςβα pro *εἴςβηθι* Eur. Phoen. 193 *βᾶτε* Aesch. Suppl. 177. Soph. OC. 1547. frgm. 759.

Deinde adiectiva cum — *βάμων* composita:

ἱπποβάμων Aesch. Suppl. 271. Prom. 806.

Soph. Trach. 1095.

λεοντοβάμων Aesch. frgm. 221, 2.

σκηπτροβάμων Soph. fragm. 799.

χορταιοβάμων frgm. adesp. 502.

Denique *δίβαμος* Eur. Rhes. 215.

Semper autem dicitur *βῆμα* cfr. Eur. Troa. 344.

Accedo iam ad formas *α* vocalem habentes

IV. in flexura nominum et verborum.

a. Nominum.

De *Ἀθάνα*, cuius genetivus *Ἀθάνας* Ai. 14 conspicitur cfr. pag. 5.

τόλμᾱ Eur. Ion. 1419,

quod recte editores corrigendum esse censent, cum *α* corripiendum sit [1]).

ἑβδομαγέτας nomin. sing.

Aesch. Sept. 781, ubi tamen Dindorfius *ἑβδομαγέτης* scripsit. „Dorica“ vocabuli forma etiam Proclus usus est in commentario ad Timaeum Plat. III pag. 200: *διὸ καὶ ἑβδομαγέταν ἐκάλουν τὸν θεόν.*

Κυβέλας genet. sing.

---

1) Dindorf. praef. scaen. Graec. pag. XXVI.

Diog. Athen. fragm. 1, 2:
Καίτοι κλύω μὲν Ἀσιάδος μιτρηφόρους
Κυβέλας γυναῖκας etc.

ἱππονώμας
Eur. Hipp. 1392.
b. verbi

ἐπίστᾳ Aesch. Eum. 89. 571.

Iam ut formas illas repetamus atque voces, in quibus contra Attici sermonis consuetudinem vocali *α* poetae tragici in diverbiis usi esse videntur, una comprehensione complectamur, ille usus reperitur

a. in stirpe vocabulorum *Ἀθάνα*, *βαλός*, *δάϊος*, *δαρός*, *ἕκατι*, *μάκιστος* (*μακιστήρ*), *ναῦς*, *νάϊος*, *ὀπαδός* (*ὀπαδεῖν*), nominum et verborum a *κάρανον* derivatorum.

b. in commissura vocabulorum quorundam, quae composita sunt cum *ἀνήρ*, *γῆ*, — *αγ*, *γεν* —, *κάρα* et vocum *ἱκεταδόκος*, *σειραφόρος*, *ναμερτής*.

c. in paucorum verborum in *άω* exeuntium formis thematicis *αὐδάω*, *θοινάω*, *ποινάω*, *πορπάω*, *εὐνάω*, *βοάω* et verbi *βαίνω*.

d. in terminationibus nominum *Ἀθάνα*, *ἑβδομαγέτας*, *Κυβέλας*, *ἱππονώμας* et verbi *ἐπίσταμαι* (*ἐπίστᾳ*).

§. 2. **De illius usus finibus.**

Quae verba supra collecta si perlustramus, talia esse videmus, quibus sermo communis non usus sit et quae in pedestris orationis scriptoribus nusquam vel paucis locis reperiantur. Excipiendae tamen *ναῦς*, *ἐπίστᾳ*, de quibus postea dicendum erit. Vocabulis *βηλός*, *βόημα*, *δήϊος*, *δηρός*, *ἕκητι* et vocibus illis cum *ἀνήρ*, *γενής*, *γῆ* compositis, *νημερτής* prosae scriptores non utuntur; alia ut *μήκιστος* quamquam apud Xenophontem usurpantur, tamen ex volgari usu repetita non sunt, cum cotidiano sermoni *μακρότατος* forma in usu fuerit, ita ut poetica forma contra morem atque

insolenter ab illo scriptore adhibita sit. Aliis deinde vocibus ut *ποινάω*, *πορπάω*, *θοινάω* etc. tum demum scriptores usi sunt, cum tanta sermonis pravitas irrepsisset, ut quo quisque plura legisset atque memoria teneret, eo temerius pedestrem orationem vocabulis ex poetica lingua sumptis permisceret. Qua de caussa dubitari non potest, quin tragici poetae in eis tantum vocibus vocalem *α* pro *η* admiserint, „Dorica" quae vocatur forma utentes, quae in volgari sermone essent inusitatae. Cuius rei disertissimum est testimonium vocabulum *δήϊος*, pro quo apud tragicos poetas ubique *δάϊος* forma legitur. Hoc enim nomen a poetis tantum usurpabatur ceteris scriptoribus *πολέμιος* al. adhibentibus; verbum *δηιόω* sive *δῃόω*, quod ab illo adiectivo derivatur, cum in communem cotidiani sermonis et scriptorum usum venisset, etiam a poetis tragicis servatur neque in *δαιόω* mutatur. Atque *κυνηγός*, quod vocabulum Aristotelis demum temporibus increbruisse recte Lobeckius docet [1]), tragoediarum poetis ignotum videtur esse, cum nunquam non „Dorica" illa forma *κυναγός*, *συγκυναγός*, *κυναγία*, utantur; *κυνηγέτης* autem, quod solum in Atheniensium usu fuisse Phrynichus testatur [2]), tragici et ipsi retinent *κυναγέτης* forma repudiata. Idem conspicitur in vocibus cum *ἀνήρ* compositis, e quo numero *Ἀγήνωρ* nomen proprium usitatum fuisse videtur. Vocum cum *γῆ* compositarum tragici semper formam, quae *α* vocalem habet in usum vocare solent, uno excepto vocabulo *γηγενής*. Haec enim vox in communi erat usu Gigantibus saepissime eo nomine appellatis, id quod disertis Herodoti verbis [3]), ut unum afferam

---

1) Lobeckius ad Phrynich. p. 432.

2) Phrynich. p. 428 ed. Lob.: *Κυνηγός· τοῦτο τοὔνομα οὕτω πως μεταχειρίζονται· οἱ μὲν τραγικοὶ ποιηταὶ τρισυλλάβως λέγουσι καὶ δωρίζουσι, τὸ η εἰς α μετατιθέντες κυναγός. οἱ δ' Ἀθηναῖοι τετρασυλλάβως τε προφέρουσι καὶ τὸ η φυλάττουσι, οἷον κυνηγέτης.*

3) Herod. VIII, 55. *Ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθέος τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι νηός.*

testimonium, comprobatur, qui Erechtheo cognomen γηγενής fuisse asseverat.

Qua cum re id mihi consentire videtur, quod poetae tragici in nominum verborumque flexione, formis illis „Doricis“ se abstinere solebant. Quae enim perpaucae id genus formae in libris inveniuntur eas delendas esse inter omnes viros doctos constat. Itaque οὐδαμᾷ et μηδαμᾷ, quae Schneiderus [1]) compluribus versuum trimetrorum locis tuetur, tragicorum diverbiis inusitata atque in οὐδαμά et μηδαμά mutanda esse plurimi editores intellexerunt. Cfr. quae Hermannus [2]) observavit: οὐδαμᾷ et μηδαμᾷ a diverbiis alienum puto. Quae forma sicubi invenitur, in fine versus est, ut nullam a metro auctoritatem habeat. Οὐδαμά, „nihil“ aut οὐδαμῇ „nulla ratione“ scribendum esse ducit. — De singulis illis, quae supra enumeravimus vocibus, quarum in terminationibus α vocalis legitur, postea disseremus.

Iam si singulorum poetarum usum componimus, non mirabimur Sophoclem harum vocum formarumque abstinentissimum fuisse, qui cum in omnibus rebus moderatione ac temperantia uti solebat, tum „Dorismorum“ qui vocantur omnium, qui in fabularum Graecarum diverbiis occurrunt, circiter octavam partem admisit. In maximo pro rata parte vocabulorum numero Aeschylus vocalem α pro η exhibet, qui idem illa forma in compluribus vocibus usus est, ut βαλός, ἱκεταδόκος, σειραφόρος, μάκιστος, βόαμα, vocabulis cum ἀνήρ compositis, quae neque in Sophoclis neque in Euripidis trimetris versibus inveniuntur; Sophocles neque vocabula cum γῆ et -γενής composita, quorum illa soli Euripidi in usu erant, neque θοινα-, πορπα-, ποινα- adhibuit.

---

1) Schneider. ad Soph. Trach. 322.

2) Hermann. ad Soph. Trach. 323.

§. 3. Vocalis α pro η in trimetris usus cum eo, qui invenitur in carminibus lyricis, comparatur.

Ut rationem, quam tragici in adhibenda vocali α pro η in versibus trimetris secuti sunt explicemus, oportere videtur hoc loco paucis de Dorismi in melicis carminibus tragoediarum Graecarum consuetudine disserere, quantumque ab illo usu differat exponere [1]).

Ac primum quidem in canticis poetae α Doricum in multo maiore stirpium numero admiserunt; sunt enim in lyricis circiter quinquaginta verba, quorum in stirpibus volgo η exhibentibus tragicis α adhibere licitum erat, ita ut non multum absit, ut cum Pindaro concordent, quamquam quorundam vocabulorum, quorum ille poeta formam Doricam usurpavit, Attica forma sola usi sunt ut θνάσκω, κᾶδος, ἅδομαι, σκᾶπτρον, paucorum aliorum.

Deinde vocabulorum compositorum praeter ea quae in trimetris occurrerunt duo sunt genera:

primum eorum, quae α unde altera vocis pars incipit volgo in η mutatum retinent ut παράγορος Soph. El. 229 al.

alterum eorum a verbis φέρω et βάλλω compositorum, quorum partes interiecta vocali α pro η coniunctae sunt, ut θαναταφόρος Soph. O. R. 181. ἐλαφαβόλος Soph. Trach. 214, et vox γαιάοχος O. R. 160.

In formis thematicis Doricum α invenitur verborum circiter triginta purorum non solum in άω sed etiam paucorum in έω exeuntium, ut δινέω, πτοέω, πονέω, cfr. δίνασεν Eur. Or. 1457. ἐπτοάθης Eur. Iph. Aul. 582. ἐξεπόνασεν Eur. Iph. A. 207, quas formas recte Dresselius. Boeckhium secutus ita explicandas esse censet, ut praeter stirpes πονε, δινε, πτοε alias in α exeuntes πονα, δινα, πτοα easdunque veteriores exstitisse statuamus [2]).

---

1) Cfr. Schaefer, de Dorismi etc. usu.

2) Cfr. Dressel, Diss. p. 7.

Denique longe usitatissimus est Dorismus terminationum primae declinationis: — α, — ας, — ᾳ, — αν et adverbiorum πᾷ μάταν etc. et passivorum mediorumque in μαν.

Quod in lyricis quoque illae trimetrorum formae, quae a vocalem habent inveniuntur mirum non erit. Ex eorum vocabulorum numero, quae in diverbiis usitata sunt pauca in canticis non reperies ut ὀπαδός, ναμερτής, quod tamen casu quodam factum esse nemo negabit; ceterorum consentit usus, nisi quod in Aesch. Choe. v. 618 δηΐοις liber exhibent, ubi recte Hermannus et Dindorfius δᾳόις emendaverunt et Eur. Bacch. 861. 1178 H. f. 888 Doricae formae κυναγέτας et κυναγετεῖν reperiuntur. Pro κυναγετεῖ Aesch. Prom. 570 Hermannus metro accommodatius κυναγεῖ scribi voluit.

At miraberis fortasse voces quasdam, in quibus diverbiorum usus α vocalem repudiare solebat, etiam in canticis nunquam non η vocalem habere. Et vides nominis γηγενής, in quo contra vocum cum γῆ compositarum consuetudinem poetas tragicos in diverbiorum versibus η retinere supra explicavimus, in lyricis quoque carminibus vocalem η nunquam in α mutari, ne in eis quidem canticis, quae abundant Doricis formis. Cfr. Aesch. Prom. 564:

χρίει τις αὖ με τὰν τάλαιναν οἶστρος
εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς, ἄλευ δᾶ
τὸν μυριωπὸν εἰςορῶσα βούταν.

et Eur. Iph. Aul. 255.

Λήϊτος δ' ὁ γηγενής
ἄρχε ναΐου στρατοῦ etc.

Contra multae sunt res, quibus illa, quae in lyricis exstat Dorismorum consuetudo ab hoc trimetrorum usu distat. Invenitur enim Dorica forma in carminibus melicis non solum in multo maiore vocabulorum numero, sed ea in primis re differt ab eo qui in dialogo reperitur usu, quod etiam in flexura nominum et verborum saepissime usurpatur.

Est autem alia quaedam dissimilitudo, quae mihi maior

etiam ac gravior videtur esse. Inter omnes constat poetas tragicos in tragoediarum lyricis carminibus pro maiore sive minore animi affectu variis numeris usos esse, ita ut modo celeriore et concitatiore modo leniore atque aequabiliore versuum tractu cantus flueret. Uti autem sedatiorum aut celeriorum versuum animi commotionem moderatricem poetae esse voluerunt, ita etiam in usurpandis Atticis aut Doricis formis affectum secuti sunt. Quo maiore animi commoti erant dolore vel metu vel gaudio, eo plures in carminibus adhibentur Dorismi videntur que poetae eas formas usurpare maluisse, quarum vocalem η in α mutare possent. Unum pro multis afferam exemplum Soph. Ai. 162—182:

ἦ ῥά σε Ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεμις,
ὦ μεγάλα φάτις, ὦ
μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς,
ἅ ῥμασε πανδάμους ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας
ἢ πού τινος νίκας ἀκάρπωτον χάριν,
ἢ ῥα κλυτῶν ἐναρῶν
ψευσθείσ', ἀδώροις εἴτ' ἐλαφαβολίαις;
ἢ χαλκοθώραξ ἥν τιν' Ἐννάλιος,
μομφὰν ἔχων ξυνοῦ δορὸς ἐννυχίοις
μαχαναῖς ἐτίσατο λώβαν;

Similis locus Eur. Med. 149—160 = 174—185.

In diverbiis autem lege illa non observata formae illae, quae α vocalem pro η habent, ubique inveniuntur nullo sermonis tranquilli aut concitatioris discrimine interposito, neque ipsae orationes et narrationes, quae nulla sunt animi commotione affectae, illis formis carent. Vides, ut exemplis quibusdam sententiam illustrem, vocem ἕκατι Aesch. Pers. 332

πλήθους μὲν ἂν σάφ' ἴσθ' ἕκατι βάρβαρον
ναυσὶν κρατῆσαι.

Soph. Trach. 353

εἰσήκουσ' ἐγὼ — ὡς τῆς κόρης
ταύτης ἕκατι κεῖνος Εὔρυτον θ' ἕλοι.

Eur. Iph. Taur. 1307

ἐπεὶ δὲ δαρὸν ἦμεν ἥμενοι χρόνον etc.
Eur. Med. 337 *ὀπαδός*
Τάχ' ἐξ ὀπαδῶν χειρὸς ὠσθήσῃ βίᾳ
Cfr. etiam Trach. 65. Eur. Or. 55, *γαπονεῖν* Rhes. 75, *ἱππο-βάμων*, Aesch. Suppl. 271, *ναμέρτεια*, Soph. Trach. 173 al. In trimetris enim poetae non licuit modo formas *ἕκατι* vel *δαρός*, modo *ἕκητι* vel *δηρός* adhibere; facere non potuit, quin aut poetico illo *κυναγός* uteretur aut communem consuetudinem secutus *κυνηγέτης* diceret, non autem *κυνηγός* et *κυναγέτης* [1]); *βοή* et *βόαμα* dici poterant non *βοά* sive *βόημα*. In carminibus autem melicis, cum ad singulorum locorum affectum aptiores viderentur, formas Doricas ad orationis vim ac magnificentiam augendam adhibuit. Tragoediarum enim carmina melica ex chorica poesi exstiterant, quae a Doriensibus primis erat exculta ita ut huius generis poetae omnes Doricis formis uterentur. Contra a dialogo tragico, qui ex ipso Attico sermone originem duxerat, Dorica dialectus Doricae que formae alienae erant, quas poetis usurpare non licitum erat.

Iam quaerentibus nobis, quaenam sit huius

§. 4. Usus origo atque ratio

id in primis studebimus, ut investigemus, quid de hac re censuerint veteres scriptores et grammatici. Sed pauci sunt loci, quibus quid de hac quaestione censuerint, explicatur. Phrynichi sententiam apud tragicos quaedam vocabula ut *κυναγός* „*δωρίζεσθαι*“ antea commemoravimus [2]) videmusque omnino a grammaticis hanc vocalis *η* in *α* commutationem *δωρίζειν* nominari [3]). Sed hoc verbum non solum

---

1) Itaque Porsonum ad Or. 26: »Sed si quis *κυναγέτης* malit, non valde repugnem« recte iudicasse negabimus.

2) Cfr. pag. 15 not. 2.

3) Steph. Byz. *γῆ, λέγεται καὶ γήπεδον, ὅπερ οἱ τραγικοὶ διὰ τοῦ α φασὶ δωρίζοντες*, al. quae ad singulas voces annotata vid. p. 30.

eo sensu adhibuisse videntur, ut vocem aliquam Doricae esse dialecti contenderent, sed cum illa vocalis, quam putabant mutatio in Dorica lingua in primis conspiceretur, ipsam mutationem *δωρίζειν* nominare consueverant.

Quos auctores secuti recentiores quoque grammatici illas formas Doricas esse putaverunt [1]) et sunt qui eodem quo Athenaeus utantur argumento [2]). Tradit enim scriptor ille Graecus vocem quandam Siciliensem *ἀσχέδωρος* ab Aeschylo usurpatam esse putatque vocabula Dorica inde exstitisse apud Aeschylum, quod in Sicilia versatus esset [3]). Iniuria autem grammatici nostri formas quoque Doricas in tragoediarum trimetris usitatas inde originem duxisse iudicaverunt, de qua re certissimo uteremur iudicio, si manifestis posset comprobari argumentis aliquam ex eis, quae nunc leguntur fabulis Aechyleis a poeta antequam in Siciliam proficisceretur confectam esse. Non tamen veri simile est, Aeschylum formas externas atque peregrinas Atticisque ignotas in Atheniensium scaena pronuntiasse et pronuntiasse in dialogo, qui ex ipsa Attica lingua originem duxerat. Atque ea sententia ipsius Aristotelis [4]) confirmatur testimonio, tragicos in iambicis, quia quam maxime collocutionem imitarentur ex nominibus ea congerere, quibus etiam in sermone aliquis uteretur.

At ipsos Athenienses Doricis formis usos esse ex multis verbis apparet. — Quae tamen id genus verba afferuntur [5]), omnia ex posteriorum temporum scriptoribus congesta sunt, cum non solum volgus, sed etiam viri docti meram

---

1) Kühlstaedt observatt. critt. p. 116. Thiersch, gramm. 243.30.

2) Cfr. Matthiae, ausfübrl. grammat. p. 59. — Schneider ad Soph. Trach. 322. Thiersch, gramm. 1, 1.

3) Athen. IX. p. 402. C. *διατρίψας ἐν Σικελίᾳ πολλαῖς κέχρηται φωναῖς Σικελικαῖς.*

4) Cfr. p. 39.

5) Cfr. Lob. ad. Phryn. p. 640.

Atticam dialectum ignorarent atque ex ceteris Graeciae linguis multa immiscerent. Neque tamen negaverim nova quaedam et peregrina vocabula iam antea in Attici volgi usum penetrasse ut illud *σάκτας* Arist. plut. 681, ea autem et in tragica poesi adhiberi nequivisse elucet et ita importata esse necesse est, ut cum ipsis novis rebus extrinsecus inducerentur. Nullo autem modo fieri potuit, ut primariae illae atque potissimae voces, veluti adverbium temporis *δαρόν* seu praepositio *ἕκατι* ex aliena demum dialecto in cotidianum Atticorum sermonem reciperentur, cum simplicissima illa, ut ita dicam, linguarum elementa etiam in maximis linguae mutationibus retineri neque ex alia lingua sumi soleant, id quod Britannorum clarissimo exemplo demonstratur. Quae enim primaria et potissima in hac lingua sunt vocabula, ex veterum Anglorum lingua sunt conservata, veluti coniunctiones praepositiones etc.

Poetis autem in lyricis Doricas formas adhibentibus idem in trimetris licitum esse ne quis putet, supra explicavimus melicorum carminum naturae dialectum Doricam convenire, non item dialogo.

Itaque eas, qua Doricae vocantur in versibus trimetris formas vere Doricas esse negabimus neque mihi dubitari posse videtur quin

§. 5. illae voces antiquiori Atticorum linguae attribuendae

sint.

Quam rem ut accuratius explicemus non abhorrere videtur hoc loco pauca de Atticorum lingua animadvertere. — In antiquiore lingua Graeca vocalem *α* latius patuisse vocalemque e, ut in omnibus linguis Indogermanicis mollitione quadam inde exortam esse inter omnes constat. Vocalem illam primariam, ubi producenda erat singulae Graecae gentes pro sua quaeque indole ac natura in magno vo-

cabulorum numero aut retinuerunt, aut in η mutarunt. Cuius mollitionis eam esse caussam putabimus, quod praesertim dum litterarum usu lingua non iam conservatur pronuntiatio expeditior faciliusque profluens sonis illis clarioribus praeferatur. Ex Graecorum dialectorum numero Doricam maximam sonorum primitivorum copiam retinuisse recte viri docti statuerunt [1]) videmusque in plurimis Doricae linguae verbis α breve non, ut apud Iones fieri solebat, in η sed in ᾱ produci. In dialectum gentis Ionicae, quippe quae minus esset idonea ad vetustiores formas retinendas, illa, quam vocant mollitio antiquissimis iam temporibus adeo penetravit, ut in epicorum poetarum lingua perfecta iam atque absoluta esse videatur. In Attico sermone veteriore tantum abest ut omnia cognita atque perspecta habeamus, ut huius dialecti origo in spissis, ut ita dicam, tenebris adhuc iaceat: ut autem ipse populus exstitisse putandus est [2]) ex eis, qui priores terram tenebant et Ionibus, quorum tanta copia in Atticam immigravit, ut mox ceteros opprimerent, dialectus quoque mixta est Ionum lingua. Quae lingua cum non omnino penetraret, factum est, ut in multis formis vocibusque Attici primariae vocalis α sonum retinerent, in quibus Ionica dialectus η exhibet veluti in sing. fem. I declin. [3]), in aor. prim. act. et med. verborum in *άω* et *αίνω*, ubi si vocalis vel consonans ρ antecedebat terminationi, Attici illam Ionum consuetudinem secuti non sunt. Cfr. Ionicum *νεηνίης, περήσω, εὐφρῆναι* cum Atticorum *νεανίας, περάσω, εὐφρᾶναι* al. In multo tamen maiore formarum numero Attica dialectus eodem modo quo Ionica brevem α vocalem in η producebat, ubi *μοῦσα — μούσης, τιμάσω — τιμήσω, ἄγω — ἦγον, ἄλλος — ἀλλήλων.* Similis mutatio intra stir-

---

1) Curtius, G., zur griech. Dialektologie. Göttig. Anzeigen 1864.

2) Cfr. Curtius, E., gr. Gesch. I [3]. p. 272.

3) De *κόρρη, κόρη, δέρη, ἀθάρη*cfr. Curtius, Studien z. gr. lat. Gramm. Leipz. 1868. I. p. 268.

pes conspicitur; exempla affert Dresselius [1]) *ἄγω — ἠγοῦμαι, ἀνδάνω — ἄδον — ἥδομαι — ἡδύς, γαμέω — ἔγημα, δάκνω — δήξομαι; θάλλω — τέθηλα; κλάζω — κέκληγα; χανοῦμαι — κέχηνα* etc. [2])

Veri tamen simile est in antiquiore lingua Attica paullo ante quam poesis tragica vigeret per longum temporis spatium Ionicam dialectum in terminationibus etiam latius patuisse, deinde artioribus finibus circumscriptam esse [3]).

Ceterum veteres quoque scriptores, quamquam in tali re eis ita tantum fides habenda est, ut eorum iudicio sententiam nostram confirmemus, veterem dialectum Atticam ab Iade distinxisse reperimus cfr. Dionys. iud. de Thuc. 23: *οἱ δὲ πρὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ γενόμενοι πολέμου ὁμοίας ἔσχον ἅπαντες ὡς ἐπιτοπολὺ προαιρέσεις, οἵ τε τὴν Ἰάδα προελόμενοι καὶ οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀτθίδα μικράς τινας ἔχουσαν διαφορὰς παρὰ τὴν Ἰάδα* [4]).

Certa ac definita Atticorum lingua ex hac dialectorum inclinatione effloruisse videtur bellorum Persicorum fere temporibus; vestigia tamen eius fluctuationis in quibusdam vocabulis per totam Atthidem inveniuntur. Pro *κήλη, κηλή-*

---

1) Cfr. Dressel., Diss. p. 5.

2) Hoc loco quaedam sunt adiicienda de duobus vocabulis in tragicorum trimetris versibus usitatis, quae quamquam illam vocalis mutationem non exhibent, tamen in »Dorismorum« quos supra enumeravi numerum referre permissum non erat, cum ex ipsa Atticorum consuetudine sint: *Ἄραρε*, quod iniuria Valckenarius ad Hipp. 1091 in Dorismorum munero habet, et *λέλακα*:

Ἄραρε Eur. Or. 1322. 1581. Med. 324. 740. 1181. Hipp. 1088. Andr. 255. Heracl. 398 El. 946. *ἀραρώς* Aesch. Suppl. 908. Xenophonti quoque et Platoni in usu erat.

Λέλακα Hipp. 55. Hec. 668. 1087.

Utraque forma est Attica et apud Iones solos *η* exhibet. Pro *λάσκω*, unde *λέλακα* derivatur, Dorienses verbo *λακέω* utebantur.

3) Cfr. Renner, quaestt. etc. in Curtii Studien I. p. 164.

4) Locum affert Bernhardy, gr. Litgesch. 1861. I. p. 445.

της, ut exemplum afferam Aelius Dionysius Atticos *κάλη, καλήτης* dixisse testatur [1]) formamque *μάκων* Eustathius ex antiqua lingua servatam esse arbitratur [2]).

Simile quiddam conspicitur in formis a voce *ναῦς* declinatis, quae eis, quos supra [3]) exposuimus finibus teneri non videntur. Recte Lobeckius hoc vocabulum [4]) et quae eiusdem stirpis sunt *νάω* insitam ac veluti hereditariam habere ambiguitatem annotavit. Itaque substantivi *ναῦς* in tragicorum diverbiis complures formae usitatae erant, quales *ναῦς; ναός, νηός, νεώς; νηΐ; ναῦν, νῆα; νῆες; ναῶν, νηῶν, νεῶν; ναυσίν; ναῦς, νῆας*. Quarum formarum fortasse recte Gerthius epicas illas formas *νηός* et *νηῶν*, quae paucis locis inveniuntur, Aesch. Sept. 62 (M: *ναός*) et ubi idem versus legitur Eur. Med. 526, Iph. Taur. 1353, Cycl. 237. Iph. Taur. 1453 tragicorum trimetris abiudicavit. Atheniensium enim auribus intolerabilem fuisse litterarum *ηο* coniunctionem, ceteris huius vocis formis *νηΐ, νῆες, νῆας, νῆα*, cum nihil inesset, quo aures offenderentur tragoediarum poetae promisce videntur usi esse. Ne eam quidem legem in usurpandis formis *ναός* aut *νεώς, ναῶν* aut *νεῶν* observaverunt tragici, ut ubi versus natura longam exigeret syllabam ibi tantum vocalis produceretur forma antiquiore *ναός* sive *ναῶν* adhibita; reperiuntur enim in trimetri primo pede et *νεῶν* et *ναῶν* neque intelligi potest, qua de caussa compluribus locis Atticam, quae vocatur formam aspernati sint cfr. Aesch. Pers. 335, 354, 378, 475. Unde mihi videtur colligendum esse, huius verbi formas eis temporibus nondum constitutas atque confirmatas fuisse, ita ut quae in prosa oratione

---

1) Cfr. Eustath. 1481, 51 . . *Αἰλίου Διονυσίου. ὅς ἀχέτην ἐκτίθησι τὸν ἠχητικὸν τέττιγα. καὶ κάλην τὴν κήλην, καὶ καλήτην φησὶν οὐχὶ κηλήτην. εἰ δὲ αὐτὸς Ἀττικὰ ταῦτα εἶναι φησὶ* etc.

2) Eustath. 714, 39 *μάκων εἰσέτι καὶ νῦν παρ' ἐνίοις λέγεται βαρβάροις μὲν ἐοικόσι δὲ ἀπήχημα φυλάττειν γλώσσης Ἑλληνίδος παλαιᾶς.*

3) Cfr. § 2.

4) Lob. ad Phryn. p. 432.

nunc leguntur Atticae formae nondum solae in communem usum pervenerint neque ulla forma audientium aures offenderit. Quam dubia atque anceps fuerit illa vocalis ceteris a *νάω* derivatis vocabulis docemur, ut *νῆσος*, *νᾶμα*, *νήχω*, *νασμός*, *ναρός*, quod etiam apud tragicos exstat Aesch. frgm. 338. Soph. frgm. 559 *νηρίτης ἀναρίτης, Ναΐς* [1]).

Iam ut ad ceteras illas, quas supra (§ 1) enumeravimus voces transeamus, fieri non potest, ut unamquamque in Attica lingua antiquiore usitatam fuisse vincamus. Quae enim de veterrima illa dialecto in nostram notitiam venerunt perpauca vel potius nulla sunt, cum non solum inscriptiones paene nullae exstent, sed etiam quae grammatici afferunt maximam partem ex ipsis poetis vel prosae orationis scriptoribus hausta sint.

Ac primum quidem eandem, quam in voce *ναῦς* invenimus, ambiguitatem in vocabulis quoque compositis cernimus, in quibus formandis Graecos sibi non semper constitisse Lobeckius docet [2]), cum in commissura modo *α* modo *η* vocali usi sint. Cuius rei certissimum affert exemplum Althausius [3]) vocabuli *ἄνεμος*, cuius nominis prima syllaba in compositione modo producitur, modo corripitur, modo in *η* mutatur. Eandem inter *α* et *η* vocales fluctuationem formae illae thematicae verborum *πορπάω*, *θοινάω* etc. exhibuisse videntur, quae postquam in communem transierunt usum, Ionicam formam accepisse lexica docent, *θοινάω* et *αὐδάω* et composita ipsorum iam tragicorum temporibus non certa lege *α* ubique retinuisse videntur, cum apud

---

1) Cfr. Lob. paral. p. 124 not.: A *νάω*, *νέω*, *νεύσομαι* grammatici v. Crameri anecd. I, 290 recte derivare videntur et *νῆσος* et *ναῦς* sive *νεῦς*, *νᾶς*, *τῆς ναυός*. Etym. M. Ab eodem verbo *νέπους*, *ναύπους* et *ναυσίπους* i. q. *νηξίπους*. Neque aliunde *νῆσσα* ducitur Schol. Ar. av. 566.

2) Lob. Dissert. ad Phryn. p. 635 sqq.

3) Alth. Dissert. I. pag. 42.

Aeschylum forma *ἐκθοινήσεται* exstet poetisque *αὔδασον* et *αὐδῆσαι* in usu fuisse videantur.

Sed ut de singulis vocibus quaedam adiiciamus, vocabulorum cum *ἀνήρ* compositorum formis, quales apud tragicos inveniuntur, hanc nostram sententiam comprobari videmus. Voces *φιλάνωρ, στυγάνωρ, ποιμάνωρ* cum poeticae tantum essent ac volgari sermoni plane ignotae, primariam vocalem *α* retinuerunt, *Ἀγήνωρ* nomen proprium communi usu tritum Ionica illa mollitione affectum est. Utraeque formae etiam in lyricis carminibus adhibitae sunt; legitur *φιλάνωρ* in cantico Dorismis non carente Pers. 135. Ag. 393. *ἀγανόρειος* Ae. Pers. 996. *φυξανορία* Ae. Suppl. 8 in anapaestis formas Doricas non exhibentibus; contra *δεισήνωρ* vox epica Aesch. Ag. 141.

Vocabulorum cum *γῆ* compositorum *γηγενής* sermoni cotidiano usitatum fuisse antea explicavimus [1]), *γήπεδον* [2]) pro quo *γάπεδον* a tragicis atque Lycophrone v. 617 usurpatur apud Platonem et Aristotelem invenitur, qui vocem poeticam in prosae orationis scriptorum usum vocasse videntur, vocali tamen *α* in eam, quae magis Attice sonare videretur *η* mutata.

σειραφόρος apud Aristoph. nub. 1300 in trimetris legitur:

ἐπιαλῶ
κεντῶν ὑπὸ τὸν πρωκτόν σε τὸν σειραφόρον.

Iph. Aul. 220 in lyricis librorum *σειραφόρους* Dindorfius et Kirchhoffius in *σειροφόρους* mutaverunt. Hanc tamen vocem, in qua *α* vocalis propter antecedentem *ρ* litteram servata est, mere Atticam esse nemo negabit. *Ἱκεταδόκος* autem, quod semel reperitur aut ex ipsa antiquiore lingua depromptum esse aut ad veteriorem speciem ab Aeschylo videtur fictum esse, ut solemnius aliquid sonaret.

---

1) Cfr. pag. 15.

2) Cfr. etiam not. 21.

De vocabulis a stirpe *ἀγ* compositis Lobeckius in primis egit ad Phrynichum pag. 428 sqq. [1]). Quodsi ille vir doctus vocabula musica palaestrica militaria, quarum rerum scientia floreret Graecia Doriensis, Dorice colorata esse velut ipsum illud *λοχαγός* et *οὐραγός* et *ξεναγός* et *χοραγός* eaque omnia ne Athenis quidem nedum in communi usu colorem mutasse arbitratur, mirum nobis videri potest Athenienses forma *στρατηγός* usos esse contra *ποδαγός* et *ὁδαγός* [2]), quae in militarium al. vocabulorum numerum referri non possunt et ipsa vocalem *α* admittere. Atque nescio an rectius Lobeckius arbitratus sit, illa nomina a perfecto secundo deducta eodem spatio esse, quo tempus ipsum, quibus autem litteris longitudo ista notaretur, id ambiguum fuisse. Cuius rei diserta sunt exempla *θυμηδής* et *αὐθάδης, θυμηρής* et *θυμάρης*, quorum illa etiam in tragicorum diverbiis occurrunt, quarum formarum, quin antiquior *θυμαδής* et *αὐθάδης* et *θυμάρης* et *θυμαρής* fuerit mihi dubitari non posse videtur. De *ἑβδομαγέτας* confer. pag. 33. *Λοχαγέτης* ab Aeschylo ad brevioris formae·*λοχαγός* speciem, quae in volgi sermone cotidiano usitata erat, formata est.

Vocabulorum cum *-γενης* compositorum *νεαγενής* Atticum atque iniuria ab Althausio in Dorismorum numerum relatum, *νεηγενής* epicum esse pro certo habemus. Tragici poetae aut forma *νεαγενής* aut *νεογενής* Aesch. Choe. 524 in trimetris usi sunt, voces cum *νεη-* compositas apud tragicos non inveni nisi *νεηθαλής* in lyricis Eur. Ion. 112. *Νοθαγενής* ab Euripide videtur esse fictum ad similitudinem nominis *ἰθαγενής* quod in Homeri Odyssea usurpatum ab Apollonio ex verbo *ἰθαύνω* derivatur [3]). *Θηβαγενής* vox reperitur etiam in Hesiodi theog. v. 530.

---

1) Ipsius Phrynichi de *κυναγός* verba v. 15.

2) De *ὁδαγός* cfr. Photii quae Lobeckius affert verba: *ὁδαγός διὰ τοῦ α οὐχὶ διὰ τοῦ η.* Illa enim antiquior huius vocabuli forma erat, quae a posteriorum temporum scriptoribus in *ὁδηγός* mutata est.

3) Apollon. de adverb. pag. 600.

A κάρα quae componuntur nomina nulli viro docto, quantum ego video, praeter Althausium in Dorismorum numerum referenda videntur esse. Et sunt omnes hae voces Atticae, cum non solum κάρα Atticam formam fuisse constet, κάρη Ionicam, sed etiam vocabulum καραδοκεῖν et tragicis et Aristophani et compluribus prosae orationis scriptoribus in usu esset; de κατατομεῖν cfr. Phrynichi praeceptum v. κεφαλοτομεῖν [1]). ἀπόρριπτε τοὔνομα καὶ Θεόφραστον κεχρημένον αὐτῷ· λέγε δε καρατομεῖν.

De α et η vocalium fluctuationibus in formis thematicis verborum quorundam purorum in άω exeuntium, quae supra diximus confirmantur Lobeckii verbis ad Phryn. pag. 203 sqq., qui etiam alia id genus vocabula affert ut ἀλοάω, »cuius futurum ἀλοάσω Atticis magis placuit, πεινάω quod tamen labente demum Graecitate futurum in άσω habuit«. In verbis illis, quae in tragoediarum diverbiis α pro η retinuisse vidimus, ut αὐδάω, θοινάω, πορπάω, ποινάω, ut vocalis α in η mutata non sit, factum esse putabimus ea de caussa, quod illae voces poeticae erant neque ex veteriore lingua in usum cotidianum transierunt. Verbi βαίνω forma ἔβα etiam in Arist. nub. 30 legitur:

ἀτὰρ τί χρέος ἔβα με μετὰ τὸν Πασίαν;

ubi tamen tragici cuiusdam verba irrideri videntur. Recte has formas non a βαίνω sed a βάω derivatas esse grammatici censuerunt [2]), quod verbum etiam apud Cratinum legitur in frgm. 125 (M. ed. min.):

Ἢ πρεσβῦται πάνυ γηραλέοι σκήπτροισιν ἄκασκα
π ρ ο β ῶ ν τ ε ς.

Cum hoc verbo non supervacaneum est comparare verbum πάομαι, quod semper vocalem primigeniam α retinuit atque in tragicorum quoque trimetris versibus saepius occurrit, cfr. Aesch. Ag. 802 πεπαμένῳ Eur. Andr. 631. H. f. 1415

---

1) Phrynich. edid. Lob. pag. 341.

2) Cfr. Buttmann. gr. II. p. 125. Krueg. di. § 39.

πεπᾶσθαι, Ion. 687 *πέπαται*. Quod vocabulum ab Ahrensio in numero vocabulorum mere Doricorum collocatum [1]), cum non solum apud Xenophontem, sed etiam in Solon. eleg. 13, 7 (Bgk.) inveniatur, rectius linguae antiquiori Graecae tribuitur. — Formarum ab *εὐνάω* derivatarum in *εὐνατ-* formatas vocandas esse in dubium iam antea diximus. Haec enim forma semel in bonis libris reperitur Aesch. Pers. 160 paullo ante v. 156 *εὐνήτειρα* exhibentibus. Contra formae *εὐνητ-* et ab *εὐνάζω* derivatae *εὐναστ-* compluribus locis leguntur et illo loco restituendae esse videntur.

Quae vocabula in stirpibus *α* vocalem pro *η* habent, ea in hoc fluctuantium vocum numero collocari non post sunt, cum in communi usu non essent et ex antiquiore lingua in poetarum tantum usum transiissent. Sola epica dialectus in his formis *η* vocalem usurpavit. Quo tamen ex numero *Ἀθάνα* hoc loco praetermittenda est, cum etiam in terminatione *α* habeat. Cfr. de hac voce pag. 33.

Βαλός quo iure Althausius in eorum vocabulorum numero habeat [2]), in quibus scribendis Attici ipsi vel optimis temporibus inter *α* et *η* fluctuaverint non video. Illa vox apud poetas epicos tragicosque solos reperitur, quorum illi *βηλός*, hi *βαλός* forma usi sunt; comoedi [3]) vocem ex tragicorum poematis desumpsisse fortasse putandi sunt. Ceterum nescio an eodem modo *βαλός* a *βα-* stirpe derivatum sit, quo *δαλός* a *δα-*, *δαίω*. — *δάϊος* Dresselius quoque consentit Atticum esse, *δήϊος*, quod in diverbiis poetae tragici non admiserunt ex epica dialecto haustum. — *δαρός* Apollonius [4]) ab Atticis usurpari atque in ea re Atthidem linguae Doricae adfinem esse observavit. — In vocis *ἕκατι* non solum

---

1) D. dial. Dorica p. 108.

2) De tragic. Gr. dial. II pag. 2.

3) Cfr. Herodiani verba pag. 6 allata.

4) Apoll. *περὶ συνδέσμων* in Bekk. anecd. p. 495 *Ἀλλὰ πῶς παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις; ὅτι δυνάμει Ἴωνες. ἀλλ' εἰ καὶ ἀπὸ Δωρίδος διαλέκτου ἦν τι παρ' Ἀθηναίοις, οὐ ξένον, ὅπου γε καὶ δαρόν φασιν.*

forma sed etiam usu tragicorum oratio ab Homerica differt, ita ut non solum, cum de deis agatur eam vocem usurpent, id quod in Homeri carminibus fieri constat. Cfr. Aesch. Pers. 332. Choe. 998. Eum. 74. Invenimus ἕκατι etiam in Aristoph. pac. 699

ὅτι γέρων ὢν καὶ σαπρός
κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι

ubi tamen tragicum quendam fortasse imitatus est. Cfr. Eur. frgm. 532 κέρδους δ' ἕκατι etc. Dresselius [1]) eam vocem immerito pro Dorica haberi recte censuit, cum apud recentiores poetas saepius ἕκατι forma quam ἕκητι inveniatur. De ὀπαδός et ὀπαδεῖν v. Lobeckium [2]): ὀπαδός et derivata tum apud tragicos uniformia sunt, nisi quando librarii Ionicam speciem importarunt, ut in Aeschyl. versu frgm. 364 H. tum in communi sermone minime lubrica Plat. Phaedr. 248 C. etc. sic ut Eustathius [3]) ὀπηδός παρ' Ἀττικοῖς, κοινῶς δέ γε ὀπαδός asseverans sepultae antiquitatis mommentis immiti videatur. Sed haec Eustathii verba ille non recte interpretatus esse videtur seu potius Eustathium errasse putabimus, cum ὀπαδός antiquior esset forma Attica a Platone et aliis scriptoribus ex poetarum carminibus sumpta atque postea demum in ὀπηδός mutata. — Κάρα et κάρανον ab Althausio in Dorismorum numero iniuria habentur; κάρη et κάρηνον mere Ionica sunt.

Denique ut ad usum vocalis α pro η, qualis est in terminationibus nominum ac verborum, transeamus in tragicorum fabulis perpauca id genus exempla reperiuntur, quae quam suspecta sint neminem fugiet. Atque τόλμᾱ quod in libris Eur. Ion. 1419 legitur:

λέγ' ὡς ἔχει τι δεινὸν ἡ τόλμα γέ σου

editores optimo iure emendaverunt L. Dindorfio ἥδε τόλμα

---

1) Dressel. Diss. pag. 13.
2) L. ad Phryn. pag. 431.
3) Ad Od. η, 165 (1576, 15).

σου, Hermanno ἥ γε τόλμα σου, G. Dindorfio ἡ τόλμη γέ σου scribentibus. Quorum hunc cum Lobeckio dissentire vides, cuius sententiam[1]) mihi probari non nego dicentis: Multo usitatius est Atticisque acceptius πρύμνα, quod et grammatici analogiae convenientius indicant. Similiter etiam τόλμα apud Atticos etc. sub hac una specie invenitur, contrariumque τόλμη a Suida veteris dialecti monumentis adscribi videtur: νύμφα, νύμφη ὡς τόλμα, τόλμη. Huius quidem vocabuli forma τόλμᾰ tragicos usos esse ex compluribus locis apparet ut Eur. Hec. 1101, ubi omnes libri σὺ τόλμαν, Ἑκάβη, τήνδ' ἔτλης ἀμήχανον; exhibent. Cfr. etiam Eur. frgm. 430 atque Herodiani de hac voce sententiam, quam Eustathius affert: Ἴσως· δὲ Δώριον καὶ ἡ τόλμα, ὃ ἀναλογώτερον τοῦ τόλμη φησὶν Ἡρῳδιανός[2]). Πρύμνα quoque in tragicorum diverbiis usitatum fuisse ex Aesch. Suppl. 330

αἰδοῦ σὺ πρύμναν πόλεος ὧδ' ἐστεμμένην

ducet, ubi codices consentiunt; πρύμνᾱν quod in Soph. Philoct. v. 482 libri habent Elmsleius, Hermannus, Dindorfius emendandum esse censuerunt.

Ἐπίστᾳ ne in ἐπίστῃ mutandum esse putemus, multis locis grammatici veteres admonent. Cfr. Etym. 290, 38: Τὸ δὲ δύνῃ καὶ ἐπίστῃ κατὰ πάθος εἰσὶν ἀπὸ τοῦ δύνασαι καὶ ἐπίστασαι. Ἰωνικῶς δύνεαι καὶ ἐπίστεαι καὶ κράσει τοῦ Ε καὶ Α εἰς Η δύνῃ καὶ ἐπίστῃ. Χοιροβοσκός. Thom. Mag. 84, 10 (R.) δύνασαι· δύνῃ δὲ οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν εἰ καὶ Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ etc. ἐὰν δύνῃ δέ. Schol. in Hom. Il. ξ 199 οὕτως Ἀρίσταρχός φησιν· ἐπίστᾳ, δύνᾳ. Cfr. etiam Lobeck. ad Phryn. 359. Ellendt lex. Sophocl. v. δύναμαι.

Reliquum est, ut de paucis illis vocabulis Ἀθάνα, ἑβδομαγέτας, ἱπποπώμας quaedam adiiciam. Quod si supra in terminationibus et flexione antiquiorem illam formam repe-

---

1) Ad Phryn. pag. 332.

2) Eustath. ad Odyss. λ 297 (1687, 40).

riri negavimus, hae voces videntur repugnare, quae ab omnibus viris doctis Doricae putantur. Atque ἱππονώμας et ἑβδομαγέτας mihi suspecta esse non nego. Invenitur illud ἱππονώμας duobus locis, in diverbis Eur. Hipp. 1392 et in lyricis Arist. nub. 571. Simili illi, quae restituta est Soph. Ai. 604 in canticis formae εὐνώμᾳ Lobeckius [1]) apponit νεκρονώμης, quo Manetho usus est. In ας exeuntia adiectiva comparantur φαλαγγομάχας Phil. Thess. A. P. IX n. 285, ῥιγομάχας Lucil. ib. IX. n. 155, πορνοφίλας, βουθοίνας Athen. Plan. et quae a Lobeckio ad Phryn. pag. 638 afferuntur. Quae tamen formae, cum recentioris sint linguae Graecae non multum videntur valere ad singulare illud in tragoediarum trimetris ἱππονώμας confirmandum, quod in ἱππονώμης mutandum esse statuerim. — Ἑβδομαγέτας quod semel in diverbio invenitur cognomen Apollinis, quamquam Procli, quae supra [2]) allata sunt verbis comprobari videatur, recte Dindorfius in ἑβδομαγέτης commutavit. Forma illa in ας exiens in veterioribus carminibus in dei honorem cantatis usitata fuisse videtur eoque Procli sententia referenda. Quae enim de Ἀθάνα sum explicaturus, iure ac merito dici non possunt de hoc vocabulo, quod rarissime reperitur. Ἀθάνα vox in communi quasi usu fuisse putanda est. Eustathio [3]) auctore Athenienses, si alicuius rei admiratione commoti erant, haud raro sic verba fecisse dicuntur: ὦ Δάματερ, non vulgari forma Δήμητερ utentes similique modo in Arist. equit. 1253 quidam Ἑλλάνιε Ζεῦ exclamat. Sunt illa verba et Ἀθάνα ex antiqua lingua conservata cumque cultus atque religionis quae in primis res et nomina vetera apud omnes gentes retinere solent [4]), cotidiano usu renovarentur, facile in com-

---

1) Lob. ad Soph. Ai. 604.

2) Cfr. pag. 13.

3) Ad Il. p. 12, 8. Ἀθηναῖοι δὲ προελόμενοι τοῦ ὦ Δήμητερ, κοινοῦ ὄντος καὶ Ἀττικοῦ, τὸ ὦ Δάματερ Δωρικὸν, ὅτε τι θαυμαστικῶς λέγουσι, μαρτυροῦσι καὶ αὐτοὶ σεμνὰ τῇ φωνῇ τοῦ ἄλφα.

4) Cfr. Schoemann, gr. Alterthüm. II. p. 157.

munem volgi usum transierunt. Eodem modo quo voces illae Ἑλλάνιε et Δάματερ etiam Ἀθάνα animis commotis ab hominibus obtestantibus et adiurantibus in usum vocabatur, qui homines verba in sacris usitata adhibere solent, id quod nostris quoque exclamationibus ex cultu divino depromptis, ut »Herr Gott!« aliis comprobatur. Qua cum re id mihi bene consentire videtur, quod poetae tragici ubicunque personas deam absentem vel praesentem invocantes et nomine appellantes faciunt, quantum ego observavi, semper Ἀθάνα forma utuntur Ἀθηναία forma vocativi repudiata. Hoc modo factum esse putabimus, ut non solum in vocabuli stirpe primaria vocalis α semper permanserit, sed etiam terminatio illa antiqua, cum cotidiano usu renovaretur, conservata sit. Quae autem Gerthius de hac voce disputavit [1]) Doricam eam esse contendens, mihi parvi momenti videntur esse. Recte quidem ille Boeckhium [2]) secutus Ἀθηνᾶ formam ante Euclidem archontem aut nondum in communi usi aut scriptoribus inusitatam fuisse dicit pro qua sermo cotidianus Ἀθηναία formam non contractam haberet; unde Ἀθάνα ex Dorica dialecto depromptum esse nescio quo iure concluserit. Forma illa Ἀθάνα Athenienses in eis carminibus, quibus dea in templorum caerimoniis coli solita esset, semper usos esse ipse concedit; num veri simile videtur viro illi docto linguam, qua sacerdotes in sacris faciendis utebantur Doricam fuisse, cum eius deae cultus in ipsa Attica prius quam apud Dorienses floreret? Neque id credibile videtur, deam adiectivo illo nomine Ἀθηναία solo appellatam esse, cum in epica dialecto Ἀθήνη vox exstet, qua Atticos usos esse non videmus, quae quin ex antiquiore Ἀθάνα Ionica illa vocalis α in η mutatione facta sit, dubium non erit.

Κυβέλα autem in talium vocabulorum numerum referri

---

1) pag. 265.

2) Boekh, d. Staatshaushaltg. d. Ath. II. p. 200.

non potest, quippe cuius deae nomen cultusque non indigena et sero tantum in Atticam translata sint. Forma *Κυβέλη* in Arist. av. 877 in trimetro invenitur, quam in illo quoque Diogenis fragmento legas malim.

Iam ut ea, quae supra explicavimus paucis repetamus in diverbiis vocalem *α* pro eo, quod Atticae linguae consuetudo postulare videtur *η* in eis vocabulis usurpari videmus

quorum formae aut non iam essent confirmatae vel in quibus formandis Attici fluctuarent, ita ut veterior forma non omnino ex usu remota esset,

aut quae in Attico sermone usurpari desitae essent, ita ut Ionica forma in eas transire non posset.

Haec nostra sententia vocabula ac formas, quae Dorica vocantur ex antiquiore Attica lingua esse repetita, comparando quoque Dorismi in lyricis usu comprobari videtur. In canticis praecipue vocabulorum terminationes colore Dorico affectas esse, ita ut in flexione nominum primae destinationis, in formis femininis articuli, in particularum terminationibus *πᾷ*, *ᾷ*, *ᾷπερ*, *μάταν*, *πάντᾳ* etc. innumerabilibus fere locis Dorismi exstent, supra (pag. 18) commemoratum est. Intelligi non potest, qua de caussa poetae, si Dorismis in trimetris usi sint, has in flexura formas Doricas evitaverint, in ipsis vocabulorum stirpibus Dorismo usurpato. Atque in eis Doricae dialecti vocabulis, quorum in stirpe *α* legitur, poetas Atticos terminationes in *η* exeuntes admisisse, mihi parum veri simile videtur, neque Euripidi *καρανιστής*, si Dorica ea vox est, licitum fuisse arbitror, sed *καρανιστάς* dicendum erat, cum terminatio *τάς* Dorica sit et in tragicorum lyricis carminibus adhibeantur cfr. *ἀσπιστάς* Eur. Ion. 196. H. f. 1166. Necesse enim esse existimo poetam in eo verbo, cuius in stirpe sive altera parte Dorismum adhibuerit, etiam in terminatione sive in altera parte eo uti. Quae autem Schaeferus[1]) annotavit voces

---

1) Schaefer, Herm., progr. Cottbus. 1866.

Κυλλάνα, γαλάνα, σελάνα, πλανάτας, ἀλάτας, ἀρχαγέτας, μαχανά, σιδαρόπλακτος alias simulatque unum Dorismum admisissent, non posse non adhibere alterum, non nego ita mihi resecanda atque concludenda videri, ut quae voces stirpium Dorismos exhibeant, in earum terminationibus quoque *η* in *α* mutari necesse sit. Cum enim stirpes maiore essent constantia, terminationes facilius mutarentur, fieri poterat, ut Dorismi in quarundam vocum stirpibus nimis duri atque alieni essent auresque offenderent, in terminationibus non item. Et inveniuntur in lyricis formae *ἡδονά, γηγενέτᾳ* Eur. Phoen. 127 non autem voces ad speciem *ἁδονή* formatae. — Quid? si statuimus poetam ne particularum quidem cum voce Dorica coniunctarum *ἡ, τῆς, τῇ, τὴν, σῇ* volgarem formam admittere potuisse ita ut si illae voces vere essent Doricae, tragico pro *τῇ σῇ κυναγίᾳ* Soph. Ai. 37 sive *τῆς κυναγοῦ* Eur. Phoen. 113 — *τᾷ σᾷ κ.* et *τᾶς κ.* dicendum esset, quam legem in lyricis poetae observare solebant. Quod ne quis terminationum *οισιν* et *οις* sive *αισιν* et *αις*, qualis in tragicorum diverbiis reperitur, usu refutare conetur, hoc iam loco annotare mihi licebit, illas formas ex Attica lingua repetitas esse et in ipso Atheniensium sermone *-οις* cum *-οισιν* coniunctum fuisse, ita ut *τοῖς δούλοισιν* sive *ταῖσι κόραις* dicere liceret. Cfr. Arist. nub. 140 *τοῖς μαθηταῖσιν.* 766. *τοῖσι φαρμακοπώλαις* etc. et in inscriptionibus Atticis *τοῖς μύστῃσιν καὶ τοῖς ἐπόπτῃσιν* etc. [1]). — Sin autem illae in dialogo formae Atticae sunt, facile est explicatu, qua de caussa poetae terminationibus illis usi non sint. In omnibus linguis et nostra et Graeca ea certa lex conspicitur, ut fines terminationesque verborum et nominum primae per communem usum, ut ita dicam emolliantur, id quod multo post in ipsis stirpibus fieri solet. Quae mollitio cum multo ante id tempus, quo poesis tra-

---

1) Cfr. Renner, quaestt. de dial. poes. elegiac. etc. in Curtii Studien z. gr. u. l. Gr. I. 1869. pag. 164.

gica exstitit, facta esset, neque in ipsa Attica dialecto manifesta superessent vestigia, ita ut ipsi populo illarum formarum scientia ac sensus deesset, fieri non potuit, ut antiquissimae illae terminationes a poetis tragicis in diverbio usurparentur.

Singulorum poetarum usum cum hac de illis formis opinione consentire mentione dignum est. Cum enim, ut iam Ellendtius vidit [1]), Euripides in lyricis longe maiore Dorismi adhibendi licentia usus sit, quam ceteri tragici, eum etiam in dialogo Doricis, quae vocantur formis abundare expectabimus. Tamen Aeschylus duplicem illarum formarum numerum exhibet ita quidem, ut complurium verborum antiquiore forma utatur, quae apud Euripidem non inveniuntur. Quae enim formae illius aequalibus non nimis alienae essent, Euripidis, qui triginta fere annis post floruit, temporibus ab ultima et iam obliterata fere aetate repetitae esse putabantur.

§ 6. Quibus de caussis ille usus certis quibusdam finibus sit circumscriptus.

In § 2. hunc poetarum tragicorum usum eis finibus circumscribi explicavimus, ut in poeticis tantum vocabulis, quae in communi tunc usu non essent, antiquiores formas admiserint, in aliis nominibus verbisque contra eum, qui in lyricis conspicitur usum, *α* vocali pro *η* usi non sint. Iam si quibus de caussis poetae eam legem observasse videantur, ut in vocabulis, quae in cotidiano sermone usitata essent, antiquiorem formam nunquam non evitarent, quaerimus num putabimus superioris Atticorum linguae nulla tunc id genus vestigia fuisse, ita ut vocabulorum ut *μήτηρ* etc. vetustior forma *μάτηρ* incognita esset?

Primum quidem nescio an poetis ineptum visum sit in vocibus ex communi usu repetitis antiquam formam etiam

1) Ellendt. praef. ad lexic. Soph. vol. II.

in trimetris adhibere. Quamquam enim oratio, qua tragici in diverbiis usi sunt, pedestri sermone grandior et magnificentior est, tamen magnificentiam illam non in eis vocabulis posuisse putandi sunt, quibus quasi orationis suppellex continetur. Hoc non esset cothurno, sed grallis incedere.

Deinde poetae tragici eam certam ac gravissimam legem servasse videntur, ut quae vocabulorum formae tunc in usu atque confirmatae essent, eis uterentur neque pro eis, quae tunc usitatae essent, formas vetustas et obsoletas in usum revocarent. Hanc ipsam legem iam antea in vocabulis *κυναγός*, pro quo *κυνηγός* Atticis tunc insolitum erat, et *κυνηγέτης* observavimus. Quorum vocabulorum, quae diversae sunt originis, alterum *κυνηγός* — ab *ἄγω* derivatum — antiquius erat, alterum *κυνηγέτης* — ab *ἡγέομαι* compositum — in communi omnium usu erat neque a tragicis in *κυνηγέτης* mutatur.

Qua cum opinione non dissentit varietas formarum, in quibus poetae sibi non constitisse videntur, quae tamen in linguae formationem non constantem referendae sunt. *Ἀρχηγός* et *ἀρχηγέτης* et *στρατηγός* nunquam in tragicorum trimetris versibus *α* vocalem admittunt, quia cotidiano sermoni in usu erant; *λοχαγός*, quae forma in Attica dialecto servata et communis sermonis usu trita erat, et *λοχαγέτης*, quod ab Aeschylo ad illius vocis speciem fictum videtur esse, nunquam *η* habent. Simile quoddam conspicitur in *δάϊος, δηόω, μάκιστος μῆκος, μηκύνω* etc.

Sed ut haec accuratius illustremus, de universa dialecto in tragoediarum diverbiis usitata pauca adiicienda sunt.

Aristoteles in libro de poetica, cuius in capite 22. de cuiusvis generis poesis oratione quaedam disserit, quae ad tragoediarum dialogum pertinentia profert, haec sunt: *Ἐν τοῖς ἰαμβείοις, διὰ τὸ ὅτι μάλιστα λέξιν μιμεῖσθαι ταῦτα ἁρμόττει τῶν ὀνομάτων ὅσοις κἂν ἐν λόγοις τις χρήσαιτο· ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα τὸ κύριον καὶ μεταφορὰ καὶ κόσμος.* Ipsam autem vocabulorum, qualis in trimetris usitatur,

formam cum ea, quae sermoni cotidiano in usu est, dissentire negat, peregrinas et antiquas formas, quae ab Aristotele *γλῶτται* vocantur, ceteris tantum poesis generibus adiudicans [1]).

Recentiorum hominum doctorum Hermannus in eadem, qua vetus ille scriptor videtur sententia fuisse, cum tragicos in diverbiis antiqua Attica lingua usos esse observet [2]), quae neque volgi sermonem imitaretur, ut comoedia, et licet magis pedestris esset, quam epicorum et lyricorum dictio, tamen supra prosae orationis tenuitatem assurgeret.

At tragicorum in diverbiis orationem cum ea, quae Attica vocatur, dialecto non ubique congruere constat multisque tragoediarum poetas formis uti, quae prosae orationis scriptoribus inusitatae sunt. Et ipse Aristoteles Ariphradis cuiusdam argumenta refutat [3]), qui tragoedis maledixerat, quod quae nemo diceret in sermone eis uterentur, quale illud *δωμάτων ἄπο, σέθεν, ἐγὼ δέ νιν, Ἀχιλλέως πέρι* etc. Omnia enim illa, quia non essent in propriis facere id quod non volgare esset in elocutione; illum vero id nescivisse [4]). Sunt tamen hae voces ab Ariphrade allatae neque in translatorum, neque in ornatorum verborum, quae sola Aristoteles diverbiis tribui voluit, numero habenda, neque dubitari potest, quin *σέθεν* et *νίν* inter ea, quae *γλῶτται* nominantur, vocabula referenda sint. Multae praeterea in trimetris leguntur formae, quae poeticae vocantur, a sermone alienae sed tamen notae hominibus ex litteris, ut praeter *γῆ* non solum *γαῖα* in trimetris legitur sed etiam *χθών, οἶκος* et

---

1) Arist. poet. c. 22. § 10 *τῶν δ' ὀνομάτων τὰ μὲν διπλᾶ μάλιστα ἁρμόττει τοῖς διθυράμβοις, αἱ δε γλῶτται τοῖς ἡρωικοῖς, αἱ δὲ μεταφοραὶ τοῖς ἰαμβείοις.*

2) Praef. ad Eur. Bacch. pag. VII.

3) Arist. poet. c. 22. § 8.

4) *διὰ γὰρ τὸ μὴ εἶναι ἐν τοῖς κυρίοις ποιεῖ τὸ μὴ ἰδιωτικὸν ἐν τῇ λέξει ἅπαντα τὰ τοιαῦτα.*

δόμος, ὁρᾶν et *λεύσσειν* al., ita ut Aristoteles haec non nisi in universum dixisse putandus sit [1]).

Sed ut quo nomine differat diverbiorum lingua a prosae orationis scriptorum comicorumque consuetudine liqueat, quae in trimetris versibus formae ab illorum usu diversae indagari potuerunt, hoc loco enumeratae sunt.

I. De litteris.

A. de vocalibus.

ᾱ pro *ᾰ*: in terminationibus nominum quorundam primae declinationis: *προμηθίᾱ, εὐκλεία, ἀγνοία* pro *προμήθεια* etc.

ου pro *ο*:

μοῦνος, μούνωψ,

οὖρος, ξύνουρος, γούνατα, δουρ- in compositis *δουρίληπτος, δουρίπηκτος, δούρειος.*

ει pro *ε*:

ξεῖνος, εἰν pro *ἐν* in Homerica dicendi formula *εἰν Ἅιδου δόμοις; εἵκενα* codices Aesch. Prom. 347. Suppl. 174. Eur. Andr. 407. H. f. 209, ubi editores *οὕνεκα.*

η pro *α*

Θρῇξ, Θρῇσσα, Θρῇκιος, Μηλίς, Μηλιάς, Μηλιεύς.

αι pro *α*

καίω, κλαίω, αἰετός, ἐλαία, Ἀχαιίς, αἰεῖ, Ἀθηναία pro *Ἀθηνᾶ.*

η pro *ει*

κλῆς, κλῆω, κλῆθρον. κληδοῦχος. κληδουχεῖν.

ο pro *ω*

ζοή Eur. Hec. 1085. *ἔρος.*

Vocales non contractae:

ἀείρω, ἀεικής, ἀείδω, φάος, ῥέεθρον, Ἰάονες, γαῖα, ἄϊσσω.

---

1) Recte fortasse totus hic Aristotelis locus a quibusdam viris doctis in suspicionem vocatur.

Vocalis a qua volgo vox incipit, abiecta:
λαπάζο = *ἀλαπάζω.*
δύρομαι = *ὀδύρομαι; θέλω, κεῖνος.*
Cfr. augmentum omissum.

Formae solutae adiectivorum in *εος* et compositorum, quorum altera pars est *νοος, ροος, σοος, πλοος, πνοος;* cfr. *δίπλοον* et *ἔκπλουν* Aesch. Pers. 382. 385 metri ratione habita.

B. de consonantibus

Geminatio consonantis *σ*
a. in dat. plur. III. decl.: *χείρεσσι* Alc. 768.
b. in adiectivo *μέσσος.*
c. in formis compositisque verbi *σεύω*:
ἐσσύθη, ἐπίσσυτος.
Littera *τ* post *π* addita — *πτόλις.*

II. de declinatione

Dativi pluralis in *αισιν, ησιν, οισιν.*
Formae secund. declin.: *λαός, ναός* = *λεώς, νεώς.*
Nominativi plur. in *ῆς*: *βασιλῆς, βραβῆς, Φωκῆς, ἱππῆς, ἀριστῆς.*
Genetivus in *ῆος* — *Ἡρακλῆος* Eur. Heracl. 541.
Formae non contractae nominum propriorum in *κλῆς* exeuntium: *Ἡρακλέης* etc.
Genet. sing. in *εος*: *πόλεος, κόνεος, φύσεος.*
Vocum in *ις* exeuntium accus. sing. duplices formae: *Ἀὐλίδα — Αὖλιν; χάριτα — χάριν; ὄρνιθα — ὄρνιν; ἀσπίδα — λευκάσπιν* Phoen. 1106.
Nominum in *ος* exeuntium III. declin. formae:
genet.: *τειχέων. ἀνθέων, τευχέων, ἑρκέων.*
nominat. plur.: *βρέτεα.*
Declinationis anomalae formae:
μητέρος Eur. Or. 1599. — *δορός, δορί, δορεί, δόρη.* — *δάκρυσι* Eur. Hel. 457 — *Δωδῶνι* Soph. Trach. 172. *εἰκοῦς*

Eur. Hel. 77. *εἰκώ* id. 73. *εἰκούς* Troa. 1167. — *λᾶαν* Phoen. 1164. — *τὸ ὄνειρον* Aesch. Choe. 544. — *φάος* pro *φῶς* metri ratione habita. — *χρῶς*, praeter volgarem formam *χρωτός* etc. *χροός* Eur. Hec. 546. *χροΐ* Soph. Trach. 605. *χρόα* Eur. Alc. 164. —

Adiectivum *πολλός, πολλόν.*

III. De coniugatione.

Terminationes primae pers. plur. passiv. et med. — *μεσθα.*

Optativi III. per. plur. pass. et med. in — *ατο.*

Iterativi forma

— *εσκον* semel Aesch. frgm. 305.

Plusquamperfecti verbi *οἶδα* I. pers.: *ᾔδη.*

λάβοιν Eur. Hel. 262, ubi Kirchhoffius *καλοῦ ᾽λαβον.* Cfr. frgm. Erechth. ap. Lycurg. c. Leocr. 160 §. 207.

τίθου = *τίθεσο* Aesch. Eum. 225.

πωλεύμεναι Aesch. Prom. 646.

Augmenti syllabici omissio.

IV. De articulo et pronominibus.

a. Articuli formae

τοί = *οἱ* Aesch. Pers. 419. ubi vim demonstrativam habet.

Pro pronomine relativo *τοῦπερ, τούς* etc. praecedente vocali [1]).

b. Pronominis porson. formae:

ἐμέθεν, ἧμιν, ἡμίν.

σέθεν, ὔμμε Aesch. Eum. 610.

οἱ = *αὐτῷ* vel *ἑαυτῷ.*

σφέ, σφίν, νίν, σφίσιν Aesch. Prom. 482.

μίν Aesch. Eum. 621. Trach. 388.

---

1) Cfr. Althaus. progr. Spandov. 1870. p. 22.

c. Pronominis possessivi formae *ἀμός*.

d. *τίς, τί* = *ὅστις* , *ὅτι*.

e. Relativi pronom. forma *ὅστε* Sept. 482. Pers, 292. Eum. 26.

V. De adverbiis et praepositionibus.

a. Adverbia *τώς, ἧμος*.

b. *Ἀγρόθεν, πρέμνοθεν, πρύμνηθεν, ἀρχῆθεν*.

c. Praepositiones *διαί, ὑπαί, καταί* in voce composita *καταιβάτης* Aesch. Prom. 359. *ποτί, πέδα* in *πεδάρσιος*.

d. Apocope praepositionum: *κατθανεῖν, παρ' Διός, περβαίνω, ἀμμείνω, ἀμπίπτω, ἀνδαίω*.

VI. Comparativi et superlativi:

μάσσων

ὤκιστος, Sept. 65. *πρέσβιστος* Sept. 372. *φέριστος* Sept. 39. *ὕψιστος* Prom. 321. *ἄγχιστος* Soph. O. R. 919. *πρώτιστος* Soph. El. 669. *προφέρτατος* Soph. O. C. 1531.

VII. Verborum anomalorum formae.

Ἀροίμην, ἄΐσσω, ἀλδαίνω, ἀλίζω, ἀλύω, ἀντιάζω, ἄνωχθι, ἄνωγε, ἠνώγει, ἁρμόζω, formae contractae *βεβᾶσι, βεβώς, βεβρώς, ἐπηυρόμην, ἐπαυρέσθαι, αὔω, βέβριθα, βέβρυχα, δαμασθείς, δέδορκα, δειμαίνω, δικεῖν, εἴδομαι, ἤϊξαι, εἰλύομαι, εἰρήσομαι, ἐναρίζω, ἐρείπω, ἐχθαίρω, ἤχθηρεν, ὑπίσχομαι, ἔοιγμεν, ἐγκαθείσατο, εἰλίσσω, θείνω, θορεῖν, ἴλλω, ἱκάνω, καίνυμαι, κέκασμαι, κίω, κλῦθι, κραδαίνω, ἔκταν, κατακτάς, προσκύσαι, κύρω, λάζομαι, λεύσσω, λελημμένος, μίμνω, μολεῖν, ὄπωπα, ὄρσω, ὠρώρει, ὀροθύνω, ὀφέλλω, ἐκπέλει, πέλειν, περνάς, πτάσθαι, (πτέσθαι), ἔπεφνε, πημαίνω, ἔκπιε*, forma contracta *πεπτώς, πλαγκτός, παραπέπλωκα, πέπρωται, πεπρωμένος, πτώσσω, πεύθομαι, σοῦσθε, τεύχω, ἔτευξα, τετυγμένος, τητάομαι, πιφαύσκω*.

Verba in *άθω* exeuntia *ἀμυνάθω*, *εἰκάθω*, *κατειργάθω*.

Quorum vocabulorum formarumque ex antiqua Atticorum lingua hausta esse certis comprobatur argumentis [1]) haec

καίω, *κλαίω*, *αἰετός*, *ἐλαία*, *Ἀχαιίς*, *Ἀθηναία*;

κλῄς, *κλῄω* etc.

Primae et secundae declinationis terminationes — *αισιν*, — *ῃσιν*, — *οισιν*.

Nominativi vocum III. declinationis in *ῆς* exeuntia.

Genetivi sing. in *ῆος* cfr. pag.

Genetivi plur. *έων* nominum in *ος* exeuntium [2]).

Formae *ναός* = *νεώς*; *λαός* = *λεώς* etc.

Verborum terminationes

ῇδη [3]);

— *ατο*, quod non solum in inscriptionibus et apud Thucydidem, sed etiam in Aristophanis trimetris exstat. Cfr. Av. 1147. Lysistr. 42.

Quorum in numerum referendae mihi hae quoque formae videntur esse:

Nominativi vocabulorum I. decl. in *ᾱ*: *εὐκλεία* etc. [3]). Cfr. Ar. av. 604.

Formae *θέλω*, *κεῖνος*.

Formae non contractae nominum propriorum in *κλέης*. Cfr. Ar. nub. 70 [5]).

---

1) Gerth, quaestt. etc. in Curtii Studien II. §. 5.

2) Cfr. R. Kühner, ausf. Gramm. I. p. 336.

3) Cfr. Eustathii quae Gerthius affert verba p. 1946, 22 *παραδίδωσι γὰρ Ἡρακλείδης ὅτι Ἀττικοὶ τοὺς τοιούτοις ὑπερσυντελικοὺς ἐν τῷ ῆτα μόνῳ περατοῦσιν ᾔδη λέγοντες.*

4) Cfr. Etymol., quae afferuntur a Lobeckio verba. 462, 5 *τὸ ἱέρεια καὶ εὔκλεια ἀττικῶς καταβιβάζουσι τὸν τόνον καὶ τὸ α ἐκτείνουσιν.*

6) Etiam in inscriptionibus Atticis hae formae saepissime occurrunt; v. Boeckhii, Staatshaush. tabul. III, VII b, 5 *Ἀγακλέης* etc.

Formae *βεβᾶσι*, *βεβώς*, *βεβρώς*, *πεπτώς* et fortasse *ἔοιγμεν* breviores ex cotidiano Atheniensium sermone expeditiore depromptae, cum metro iambico accommodationes essent.

Σοῦσθε veterioris linguae Atticae vestigium, quod Atheniensibus non ignotum fuisse ex Arist. vesp. 209 elucet: *Σοῦ, σοῦ, πάλιν σοῦ.*

λελημμένος ex antiqua lingua haustum esse, verbis comici docemur videntis Eccles. 1090:

τουτὶ τὸ πρᾶγμα κατὰ τὸ Καννωνοῦ σαφῶς
ψήφισμα, βινεῖν δεῖ με διαλελημμένον.

Augmenti quoque omissio ad Atticae dialecti consuetudinem referenda est in verbis *καθεῦδον*, *καθέζεσθαι*, *κάθημαι*. Cfr. Ar. Av. 495. Lysistr. 1139.

λάβοιν, de quo in R. Kühneri gramm. I p. 530 agitur.

Ex dialecto Dorica, quae tragici poetae in diverbiorum orationem transtulisse putantur, praeter ea, in quibus vocalis *η* in *α* mutatio conspicitur, pauca quaedam sunt

νίν, *φαεννός*, quae Gerthius affert et *δικεῖν* Aesch. Choe. 89.

Cetera omnia, quae supra collegimus vocabula epicae esse dialecti facile apparet. Haec qui factum sit ut in tragicorum diverbia transirent, paucis explicare in animo habemus. In Atticae linguae historia, antequam litteris servari coepta esset duas fuisse aetates supra iam explicavimus, quarum alter aab eo tempore initium cepit, quo Iones in terram Atticam invaserunt. Ex superiore aetate voces illae, de quibus hanc dissertationem conscripsimus et quae Doricae esse putantur *νίν*, *φαεννός*, *δικεῖν* in tragoediarum versibus trimetris sacerdotum fortasse et cultus divini et carminum antiquorum usu servatae sunt, forma, cum in communi usu inusitatae essent ad Ionicam speciem non mutata. — Maiorem ex alterius aetatis lingua vocum et formarum numerum in tragicorum diverbiis usurpatum esse putabimus. Cum enim primi ludi scaenici agerentur Attica lingua nondum erat confirmata,

magnaque inerat formarum varietas, quarum in posteriore Atheniensium dialecto paucae supererant. Quae lingua cum multis esset mixta Ionicis vel epicis formis magnamque cum Homerica formarum communitatem haberet, Ionicam vel maxime in terminationibus prae se ferebat speciem. Atque hoc vestigiis haud ita raris comprobatur. Inveniuntur enim [1]) in inscriptionibus circ. Ol. 80 usque ad Ol. 90 exaratis dativi pluralis prim. declin. terminationes in *ῃσι*, quae eodem tempore quo alterae in *αισι* exeuntes, unde *-αις* natum est, in usu erant. Eiusdem rei testimonio est etiam Demosth. XLIII, ubi §. 51 ex antiqua lege afferuntur *Ὅστις ἂν μὴ διαθέμενος ἀποθάνῃ, ἐὰν μὲν παῖδας καταλείπῃ θηλείους, σὺν ταύτῃσιν, ἐὰν δὲ μή, τούσδε κυρίους εἶναι τῶν χρημάτων* et quae conspicitur Ionica forma in genet. singul. III. declin. *ῆος* apud Lysiam in or. in Theomnest. §. 19 p. 361, ubi ex Solonis legibus haec verba afferuntur: *οἰκῆος καὶ δούλης τὴν βλάβην εἶναι ὀφείλειν.* Huius rei testes sunt veteres quoque scriptores, ut Strabo [2]) *τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτήν φαμεν· καὶ γὰρ Ἴωνες ἐκαλοῦντο οἱ τότε Ἀττικοὶ* etc. et Eustathius [3]): *δῆλον ὅτι κοινωνία τις ἦν τῇ παλαιᾷ Ἰάδι καὶ Ἀτθίδι.* Uti autem poetae epico, quaecunque volebat ex uberrima illa formarum copia eligendi facultas erat, ita tragicis quoque ex Atticae linguae formarum et vocum multitudine, quae ad versuum numerum quadrarent, usurpare licebat. Posteriore autem tempore, cum iam illa formarum varia multitudo ex cotidiano sermone evanescere coepisset, poetae tragici oratione ad Atticam linguam magis accommodata paucioribus formis antiquioribus utebantur.

Pauca hoc loco liceat de Gerthii sententia [4]) verba facere, qui poetas tragicos formas illas »peregrinas« ex lyrica

---

1) Cfr. Renner in Curtii Studien I. p. 164.

2) VIII, 1, 2. p. 333.

3) Eustath. p. 130, 43.

4) Cfr. Curtii Studien 2, p. 268.

poesi hausisse et omnem tragoediae orationem bene fuisse praeparatam et incohatam consuetudine poetarum lyricorum censet. Artissimam fuisse tragoediae cum poesi lyrica necessitudinem omnesque eas formas, quae volgo vocantur epicae, apud Pindarum quoque usurpari. Qua in re erravisse mihi videtur vir ille doctus; sunt enim e. gr. verborum anomalorum multa, quae in lyricorum carminibus, si lexicis fides habenda est non reperiuntur ut *αἴσσω*, *ἄνωχθι*, *ἄνωγε*, *ἠνώγει*, *ὑπηυρόμην*, *ἐπαυρέσθαι*, *βέβρυχα*, *ἤϊξαι*, *εἰρήσομαι*, *ὑπίσχομαι*, *θείνω*, *θορεῖν*, *κραδαίνω*, *κύρω*, *λάζομαι*, *μίμνω*, *ὄπωπα*, *ὀροθύνω*, *πλώω* etc., verba, quae Pindarorum tragicis communiacum sunt ab Homero non usurpata nulla repperi, nisi *δικεῖν*. Deinde necessitudo illa poesis lyricae cum lyricis, quae in tragoediis sunt, carminibus solis fuit, cum diverbiis non fuit. Haec enim e narrationibus et sermonibus originem duxerunt, horum non solum materia et argumenta, sed etiam numeri versuum tetrametrorum trochaicorum vel trimetrorum iambicorum, qui ad sermonem tranquillum bene quadrarent, et dialectus oratioque ab eo, quae in lyricis conspicitur lingua antiquitus fuerunt diversa.

Iam ut commentationis finem faciamus, quam de tragicorum in diverbiis dialecto sententiam habemus paucis convenit comprehendere. Dialectus illa tragoediarum trimetris usurpata Attica fuit, paullo tamen antiquiore specie, quam quae in sermonibus cotidianis Atheniensium erat usitata, propiusque ad epicam, quae vocatur et Ionicam dialectum accedens, quam communis Atticorum lingua. Praeterea erant in diverbiorum lingua pauca quaedam vocabula perantiqua, quae cum ante Ionicam aetatem ex usu volgari evanuissent, Ionico colore non affecta sunt, antiquorum fortasse carminum cultusque divini usu servata.

Carolus Barlen de vita sua.

Natus sum Unnae a. d. XVII. Cal. Octobr. anni h. s. XLVII matre Emma e gente Scharrer, patre Carolo, quos adhuc vivos pio gratoque animo veneror. Fidei addictus sum evangelicae. Serto decimo aetatis anno gymnasium regium Teutoburgiense adii, cui praeerat Car. Eichhoff, vir optime de me meritus, quo dirigente etiam nunc gymnasium floret. Anno h. s. LXVII postquam maturitatis testimonium adeptus sum universitatum deinceps Gryphiswaldensis, Bonnensis, Berolinensis civibus academicis adscriptus

Buecheleri, Georgii, Schmitzii, Schoemanni, Usingeri,
Bernaysii, Heimsoethii, Iahnii, Simrockii, Useneri,
Hauptii, Hübneri, Müllenhoffii, Trendelenburgii

scholis interfui.

Quibus viris omnibus gratias ago quam plurimas.

Sententiae controversae.

1. Soph. Electr. 192 legendum esse „κεναῖς δ' ἀμφίσταμαι τραπέζαις?
2. Aesch. Prom. 825 legendum esse „γῆς πέδα".
3. Aesch. fragm. 364 (H) pro ὀπηδεῖ scribendum esse ὀπαδεῖ.
4. In scholis nostris plus operae dandum esse, ut res antiquae signis imaginibusque illustrentur.
5. In Diogenis Athen. fragm. I, 2 pro Κυβέλας legendum esse Κυβέλης.
6. Cic. Brut. 207 pro „his enim scriptis" legendum esse „his enim scribendis."
7. Gymnasiorum discipulos vetustiore lingua Germanica accuratius imbuendos esse.

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 049 605 A

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 049 605 A